


1071
1185









2
3
4
5
6
7
8



1680.
a, b, c, d

1. Bster, Joh. Mathth : De arbore et palo mali-
nario. vntz von dem Fackbainen, Sickerpfahem,
u. iker Rechtez. 4 Bndt. 1680, 1730, 1740 i 1759.
2. Brückner, Georgus Henricus : Ornatu acaedami
jura anti et vntz'li exponens.
3. Fleckensich, Justus Georgius : De utilitate innoxia
49. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 59, 60, 61, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68, 69, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 89, 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100, 101, 102, 103, 104, 105, 106, 107, 108, 109, 110, 111, 112, 113, 114, 115, 116, 117, 118, 119, 120, 121, 122, 123, 124, 125, 126, 127, 128, 129, 130, 131, 132, 133, 134, 135, 136, 137, 138, 139, 140, 141, 142, 143, 144, 145, 146, 147, 148, 149, 150, 151, 152, 153, 154, 155, 156, 157, 158, 159, 160, 161, 162, 163, 164, 165, 166, 167, 168, 169, 170, 171, 172, 173, 174, 175, 176, 177, 178, 179, 180, 181, 182, 183, 184, 185, 186, 187, 188, 189, 190, 191, 192, 193, 194, 195, 196, 197, 198, 199, 200, 201, 202, 203, 204, 205, 206, 207, 208, 209, 210, 211, 212, 213, 214, 215, 216, 217, 218, 219, 220, 221, 222, 223, 224, 225, 226, 227, 228, 229, 230, 231, 232, 233, 234, 235, 236, 237, 238, 239, 240, 241, 242, 243, 244, 245, 246, 247, 248, 249, 250, 251, 252, 253, 254, 255, 256, 257, 258, 259, 260, 261, 262, 263, 264, 265, 266, 267, 268, 269, 270, 271, 272, 273, 274, 275, 276, 277, 278, 279, 280, 281, 282, 283, 284, 285, 286, 287, 288, 289, 290, 291, 292, 293, 294, 295, 296, 297, 298, 299, 300, 301, 302, 303, 304, 305, 306, 307, 308, 309, 310, 311, 312, 313, 314, 315, 316, 317, 318, 319, 320, 321, 322, 323, 324, 325, 326, 327, 328, 329, 330, 331, 332, 333, 334, 335, 336, 337, 338, 339, 340, 341, 342, 343, 344, 345, 346, 347, 348, 349, 350, 351, 352, 353, 354, 355, 356, 357, 358, 359, 360, 361, 362, 363, 364, 365, 366, 367, 368, 369, 370, 371, 372, 373, 374, 375, 376, 377, 378, 379, 380, 381, 382, 383, 384, 385, 386, 387, 388, 389, 390, 391, 392, 393, 394, 395, 396, 397, 398, 399, 400, 401, 402, 403, 404, 405, 406, 407, 408, 409, 410, 411, 412, 413, 414, 415, 416, 417, 418, 419, 420, 421, 422, 423, 424, 425, 426, 427, 428, 429, 430, 431, 432, 433, 434, 435, 436, 437, 438, 439, 440, 441, 442, 443, 444, 445, 446, 447, 448, 449, 450, 451, 452, 453, 454, 455, 456, 457, 458, 459, 460, 461, 462, 463, 464, 465, 466, 467, 468, 469, 470, 471, 472, 473, 474, 475, 476, 477, 478, 479, 480, 481, 482, 483, 484, 485, 486, 487, 488, 489, 490, 491, 492, 493, 494, 495, 496, 497, 498, 499, 500, 501, 502, 503, 504, 505, 506, 507, 508, 509, 510, 511, 512, 513, 514, 515, 516, 517, 518, 519, 520, 521, 522, 523, 524, 525, 526, 527, 528, 529, 530, 531, 532, 533, 534, 535, 536, 537, 538, 539, 540, 541, 542, 543, 544, 545, 546, 547, 548, 549, 550, 551, 552, 553, 554, 555, 556, 557, 558, 559, 560, 561, 562, 563, 564, 565, 566, 567, 568, 569, 570, 571, 572, 573, 574, 575, 576, 577, 578, 579, 580, 581, 582, 583, 584, 585, 586, 587, 588, 589, 590, 591, 592, 593, 594, 595, 596, 597, 598, 599, 600, 601, 602, 603, 604, 605, 606, 607, 608, 609, 610, 611, 612, 613, 614, 615, 616, 617, 618, 619, 620, 621, 622, 623, 624, 625, 626, 627, 628, 629, 630, 631, 632, 633, 634, 635, 636, 637, 638, 639, 640, 641, 642, 643, 644, 645, 646, 647, 648, 649, 650, 651, 652, 653, 654, 655, 656, 657, 658, 659, 660, 661, 662, 663, 664, 665, 666, 667, 668, 669, 670, 671, 672, 673, 674, 675, 676, 677, 678, 679, 680, 681, 682, 683, 684, 685, 686, 687, 688, 689, 690, 691, 692, 693, 694, 695, 696, 697, 698, 699, 700, 701, 702, 703, 704, 705, 706, 707, 708, 709, 710, 711, 712, 713, 714, 715, 716, 717, 718, 719, 720, 721, 722, 723, 724, 725, 726, 727, 728, 729, 730, 731, 732, 733, 734, 735, 736, 737, 738, 739, 740, 741, 742, 743, 744, 745, 746, 747, 748, 749, 750, 751, 752, 753, 754, 755, 756, 757, 758, 759, 760, 761, 762, 763, 764, 765, 766, 767, 768, 769, 770, 771, 772, 773, 774, 775, 776, 777, 778, 779, 780, 781, 782, 783, 784, 785, 786, 787, 788, 789, 790, 791, 792, 793, 794, 795, 796, 797, 798, 799, 800, 801, 802, 803, 804, 805, 806, 807, 808, 809, 810, 811, 812, 813, 814, 815, 816, 817, 818, 819, 820, 821, 822, 823, 824, 825, 826, 827, 828, 829, 830, 831, 832, 833, 834, 835, 836, 837, 838, 839, 840, 841, 842, 843, 844, 845, 846, 847, 848, 849, 850, 851, 852, 853, 854, 855, 856, 857, 858, 859, 860, 861, 862, 863, 864, 865, 866, 867, 868, 869, 870, 871, 872, 873, 874, 875, 876, 877, 878, 879, 880, 881, 882, 883, 884, 885, 886, 887, 888, 889, 890, 891, 892, 893, 894, 895, 896, 897, 898, 899, 900, 901, 902, 903, 904, 905, 906, 907, 908, 909, 910, 911, 912, 913, 914, 915, 916, 917, 918, 919, 920, 921, 922, 923, 924, 925, 926, 927, 928, 929, 930, 931, 932, 933, 934, 935, 936, 937, 938, 939, 940, 941, 942, 943, 944, 945, 946, 947, 948, 949, 950, 951, 952, 953, 954, 955, 956, 957, 958, 959, 960, 961, 962, 963, 964, 965, 966, 967, 968, 969, 970, 971, 972, 973, 974, 975, 976, 977, 978, 979, 980, 981, 982, 983, 984, 985, 986, 987, 988, 989, 990, 991, 992, 993, 994, 995, 996, 997, 998, 999, 1000



J. Meckius, Victorius Wilhelmus: De conditione
iudicis

1682.

1. Bruckner, Georgius Henricus: Dissertationes academicae
et universae ius feudale.

2. Bruckner, Georgius Henricus: De conjugio

3^a Bruckner, Georgius Henricus: De necessaria emptione

3^b ac venditione
Lichnerus, recensor. Manus Dei fucetissima, Cues patifera.

4. Meyern, Joh. Henricus: De retracta vicinorum.

5. Street, Iuanes Philippus: De objectis iuris

1683.

Schebren, Paulus: De delicto vulnerationis

1687.

1. Bruckner, Guili Hieronymus: De refutatione feudis

Y₂ 107 Locus considerationis, als, dieselbe Am Lehrstern

entsegen, entseiden, entlassen und entsagen

2. Bruckner, Georgus Henricus: De Romanis regni
Germaniae

1685, 1-8.

1. Durbeck, Johannes Georgius: De mundis
2. Bruckner, Wilhelmus Hieronymus: De jure sortium
3. Bruckner, Georgus Henricus: De rebus infendant
et subinfendant solitis
4. Bruckner, Georgus Henricus: De irrita re-infundatione
perpetua bonorum feudaliu tractatus Magdebur-
gensis majoris, quam lex Thalerorum quantita-
tis post instrumentum pacis Caesariae. Praesentum
Osnae. An. 1646.
5. Hakenbrod, Antonius: Forum Competens
6. Lucanus, Johannes Georgius: Labyrinthus juris
ejusq. prudentiae constabilis



1685

7. Lyserus, Fredericus Wilhelmus: De revisione
caelestis. 4 Sept. 1685, 1726, 1735.

8. Joellerus, Zacharius; Felus mathematicus.



LXXII 1-2
7

JESU CLEMENTER FAVENTE!
DISPUTATIO INAUGURALIS
DE 1680, 4a
**LIBRIS CENSUA-
LIBUS AC JUDI-
CIALIBUS,**

von
Srb- und Gerichts-Büchern/

QUAM
D. P.

EX DECRETO ET CONSENSU
MAGNIFICI AC CELEBERRIMI ICTORUM ORDINIS
IN ILLUSTRATI ATQUE PER-ANTIQUA ELECTO-
RALI AD HIERAM ACADEMIA

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES, INSIGNIA AC
PRIVILEGIA DOCTORALIA ritè ac solenniter consequendi

*Publico Eruditorum placido Examini
submittit*

**JOHANNES CHRISTO-
PHORUS Freießleben /**

Steinpleisfâ-Misnicus,

IN AUDITORIO COELICO

Horis ante- & pomeridianis

ad d. 18 (28) Februar: A. O. R. M. DC. LXXX:

ERFURTI LITERIS KIRSCHIANIS 1680.



LIBRIS GERMANIAE
UNIVERSITATIS
HALLAE

COEN. BIBL.
DER
UNIVERS.
HALLE.





IN CHRISTO FELICITER!



Um Pro LICENTIA, uti vocant, Disputationem exhibere mecum constitueram, in eligendâ materiâ non parum hæsitavi, siquidem Disertatio illa, quam anno 1673. de LUCRO DOTIS ac DOTALITII propriô Marte elaboravi, Menseque Julio dicti anni indulgente Magnifico Jctorum Ordine in Illustri Philurea sub Prasidio Præ-Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi atque Excellentissimi DN. D. GEORGI HEINZI, Prof: Publ: ac Facultatis Juridicæ ibidem Assessoris Celeberrimi, Respondendo publicè defendi, me tanquam debitorem quoad supplementum hujatis materiæ admonuit, dum ibi Thes. XXV. de FRUCTIBUS DOTIS impostero prolixius agere promissum dedi, Cui quoque stare vellem, nisi hætenus circa Libros Censuales & Judiciales NOBILIUM tam Dirigendo, quam Practicando versatus fuisset simulque deprehendisset eos variis Erroribus & difficultatibus involutos & ceu fugitivo in loco dispersos esse: Hinc à me impetrare non potui, quominus Disputatione hæc Inaugurali solenni pro viribus & bibliothecæ non satis instructæ ratione Materiam Librorum Censualium ac Judicialium, quotidie quidem per manus omnium versatilem, in foro tritam atque vulgarem, in Cathedra autem raram, peractò Examine, habitaque Lectione, uti vocatur, Cursoria, Permissu Illustris Jctorum Ordinis in perantiqua Electorali ad Hieram Academia, Thesibus triginta inclusis, explicatam explanatamque publicè proponerem: Hinc rationem præsentem Disputationem conscribendi & ab allegatâ promissione recedendi, multis, Lector Candide, ex me ne quæras; Missis verborum ambagibus ad rem ipsam statim accedo, salvo argumento l. 1. pr. ff. de in integr. restit; quod ut benè & decenter fiat Nov. 6. in fin. pr. D. T. O. M. qui res etiam penitus desperatas donare & virtutis suæ magnitudine consummare potest l. 1. §. 2. C. de vet. jur. enucl. peto, ut non solum infinitâ suâ clementiâ atque gratiâ mihi assistat; sed & ad cœptum opus divinum auxilium concedat, quò cum fructu ac emolumento ad faustum atque exoptatum portum perducatur!



THESIS I.

Quemadmodum omnis tractatio, quæ à rectâ ratione suscipitur, certâ methodo tractari, ne aliâ confusio sequatur, *Angel. in l. 1. §. 15. ff. de nov: oper: nunciat: & à definitione, quæ duplex est, vel nominis, vel rei, proficisci debeat, ut intelligatur, quid sit, de quo agitur, Cic. lib. 1. de Offi: Kirchn. de Legat: lib. 2. c. 1. n. 1. Nam licet potior rerum, quàm verborum ratio habenda arg: pr. l. 1. ff. de Just: & Jur: Reinking: de regim: secular: & Ecclesiast: lib. 1. classe 1. c. 1. n. 1. l. 17. ff. de LL. c. 8. X. de V. S. operam tamen ludere non videbor, si prius, ne illotis quasi manibus ad ipsius rei penetralia progressum faciam, pauca de Definitione Nominali præmittam.*

THES. II.

Etymologiam quod attinet, Vocabulum Libri *Scaliger ad Varro-rem de Lingv: Lat: à luo deducit, nempè quod lui, i. e. solvi queat, aut soleat; liber enim dicitur interior corticis pars, quæ ligno cohæret, seu medium, quod inter corticem & lignum est; Alii derivant à λειπρόν, i. e. cortex, quia de glubi potest: Libri eadem origo est, quæ Codicis, ab arborum corporibus & interioribus earumque corticulis utrumque desumptum; Has enim materias prima hominum ætas habuit ad descriptionem literarum, *Connan: lib. 9. c. 7. n. 1. Calv. in Lexic: Jurid: pag. m. 534. a. Censualis Nomen debet sua cunabula verbo Censûs, hoc autem descendit à censendo, von schätzen / sic censere territorium, pro imperare censum territorio, dicitur in l. 1. C. in quib: caus: pign: vel hypoth: l. 4. C. de Censib: lib. XI. Et quoniam Censûs descriptio ac æstimatio juxta facultates bonorum & personarum, nach denen Hauptern und Güthern maximè est posita, adeò ut quisquis civis non solum nomen fundi, v. c. prædia, arva, prata, vineæ, sylvæ & pascua, sed & quos vicinos proximos habet, profiteri debeat, l. 4. pr. ff. de Cens: Dionys. Halicarn. lib. 4. cap. 9. Ita non raro cujuscunq; universa substantia ac fortunæ omnes Censûs nomine appellantur, Ovid. lib. 1. Pastor: v. 216.**

In pretio pretium nunc est: dat Censûs honores

Censûs Amicitias: Pauper ubique jacet.

Censuales Substantivè dicuntur Scribæ publici, vulgò *Steuerschreiber* / qui Censuales tabulas, in quibus professiones civium describuntur l. 10. ff. de Probat: & Presumpt: conficiunt, tot. tit. C. de Tabular: Scrib: & Censual: lib. X. Erat autem Tabula Censualis, in qua Romani suas facultates scribebant, ut belli tempore pro modo ac viribus patri-

patrimonii unusquisque conferret; Econtra Censiti illi dicebantur, qui terræ Dominis capitis censum præstabant, *l. 2. C. in quib: caus: colon: censit: lib. XI. l. 5. C. de Agricol. Censit. & Colon. lib. XI.* Ceterum de Etymologia vocabuli Judicialis, quod oriatur à verbo *Judicio*, eo minus sollicitus sum, dum ea cuilibet obvia est; & cum anterioribus potius ad Philologiam, quam ad Jurisprudentiam spectat, ea propter *B. L. ad Martin. Lexic: Philologic: & Beckmann. de Origine Latin: Lingv: sub his vocabulis remitto.*

THES. III.

Missâ nunc vocum ambiguitate facilius ad Homonymiam & Synonymiam deveniendum est; Et ne videamus verborum profusi, rerum autem tenaces, paucissimis tandem & hæc absolvemus. Homonymiam Libri quod concernit, sumitur (1.) pro certâ parte operis, uti *Pandectæ Juris*, quæ in quinquaginta libros distinctæ sunt: (2.) pro *Codice*, (3.) pro *Inventario*, (4.) pro *Registro*, (5.) pro volumine, (6.) pro scripturâ breviori, teste *Spigelio, Budeo & Calvino in Lexico Juridico pag. m. 529. a. it. Fabro in Thesaur: ad hoc vocab: p. m. 1171.*

THES. IV.

Consideratâ Homonymiâ sequitur Synonymum Libri & quidem Censualis, quod in Jure nostro vocatur (1.) *Liber Rationum*, in quo *Tributa, Reditus & annui Censuræ* conscribuntur *l. 6. §. 3. ff. de Edend.* (2.) *Tabula Censualis*, (3.) *Forma Censualis*, (4.) *Codex Collectarum & Contributionum* ab Administratoribus reddituum confectus, (5.) *Æstimum*, (6.) *Catastrum & Matricula*, Germanicè *Steuer, Zins, Schoß, Rent, und Erb-Register/ Erb-Buch.* Judicialis Libri Synonyma sunt (1.) *Archetypum*, *Durand. in Specul. l. 2. part. 2. de Instrum: Edit: §. 9. n. 8. & 12.* (2.) *Matrix vel Mater*, quoniam inde traducuntur aliæ scripturæ, quæ ab ea originem atque autoritatem habent, *Covarruv. Practic: Quest: cap. 19. n. 2. Mascard. de Probation: vol. 3. Concl. 1234. n. 5.* (3.) *Gesta*, *l. 6. C. de re judic.* (4.) *Originale*, *Prosper Farinac: Quest. 154. n. 28.* quia origo instrumenti in tali libro habetur, unde instrumenta inde extracta dicuntur *Transumpta.* (5.) *Scriptura fori seu liber*, in quo causæ forenses conscribuntur, *Baldus ad Rubr. Cod. de Instrum: n. 3.* Germanis ein *Gerichts-Buch.*

THES. V.

Visâ & præmissâ definitione Nominali ad Realem progredi recta Methodus jubet; quò ordine usi sunt *Isti in l. 1. ff. de pact. l. 5. §. 3. & 4. de pecul. l. 1. ff. de furt.* Sed cum secundum *l. 202. ff. de Reg Jur:*



Definitiones sunt periculosa, adeo ut Politici, Oratores & Jcti, in definitionibus non facile Logicorum exactis regulis sese obstringant, *Limn. de J. P. lib. 3. cap. 1. n. 22.* non vitio dabitur, si & ego hoc in passu aliquid concessæ libertatis mihi decerpam, & locò definitionis omnibus modis absolutæ qualem qualem descriptionem, præsertim in hac difficillimâ materiâ, subjiciam. Possunt igitur hoc modo describi: Libri Censuales sunt, in quibus Tributa ac Census, ut & Operæ, quas Censitici ac Subditi Dominis suis annuatim dare ac præstare tenentur, inscriptæ inveniuntur. Generis locò posui Tributa, Census ac Operas; Tributum enim in significato generali, universo patrimonio, adeoque tam immobilibus, quam mobilibus imponitur, *Klock. de Contrib; cap. 1. n. 268.* Deinde Tributum personis pro rebus imponitur, ita ut quantitas impositionis respiciat rem directò, ejusque æstimationem, obligatio verò & vinculum solvendi ipsam personam, *Klock. d. loc. c. 2. n. 22.* Hinc *Baldus ad l. 5. C. qui bon: ced: poss: tradit,* Collectas materialiter esse onera rerum, formaliter personarum. Econtra Census consistit tantum in bonis immobilibus, quod videre est ex *cap. 2. X. de Empt: & Vendit:* Nam Census, cum regulariter perpetuus esse debeat, materiam etiam talem requirit, quæ durare & quasi perpetuò reditum præbere potest, quales cum non sint res mobiles, hinc prorsus excluduntur; Quemadmodum autem Tributa & Census rebus, ita Operæ, die Frohndienste/ Personis subditis imponuntur, quæ ad hodiernum modum præstandi; Vel jumentis expediuntur, mit Zugviehe / Pferdten und Ochsen/ siquidem ii, qui prædia & agros possident, simulque eqvos, aut boves aratorios alunt, servitia sua his exhibere tenentur, unde ejusmodi operæ dicuntur Wagendienste/ Pferdte oder Pflugfrohnien/ Rustici verò, à quibus redduntur, Pferdner/ Hüffner / Anspanner: Vel corpore sive manibus præstantur & vocantur Handdienste/ Handfrohnien/ v. c. Heu machen/ Korn schneiden / Gersten oder Haser harken / Flachs reissen/ Kraut hacken/ & similia, quò pertinent porro wachen / Botschaft lauffen/ custodia canum venaticorum, subjectiones plagarum, earumque explicationes & erectiones, cincturæ saltuum & sylvarum, munitiones viarum, pontium, & quæ sunt hujus generis. *Magnif. Dn. Struv. Jctorum Princeps in Jurispr: Rom: German: Forens: lib. 1. Tit. 4. §. 5. p. m. 21. Gail. de Arrest: cap. 10. n. 4. pag. m. 253.* Has præstant Rustici vel subditi tenuiores, qui vel planè agros non ha-

habent, vel ad mansum lese non extendunt, vulgò die Handfröhner /
Hinterfasser / Häußler / Kofater. Schulz. in Synops: Instit: ad Tit. 8. lib. 1.
de his qui sui vel alieni jur. p. m. 16. § 17. Bechm. de Jure Operar: cap.
2. §. 1. in fin. Coler. de Process: Execut: p. 1. c. 9. n. 57. Richt. part. 2.
Decis. 98. n. 7. D. Carpzov. in Jurispr: Consistor: lib. 2. def. 356. n. 1.
seqq. Reliqua verba descriptionis, scilicet, quas Censitici ac Subditi Do-
minis suis annuatim dare ac prestare tenentur, indicant Differentiam Spe-
cificam: Tributa enim, Operæ ac Census annui, Jährliche Anlagen /
Erbzinsen und Fröhnen / non multiplicantur singulis annis, sed sunt
uniformes, ac perpetuò præstantur ab omnibus. Collectæ verò seu
Contributiones sæpiùs urgente casu necessitatis, vel eximiâ utilitate
svadente, imponi solent, ac variant haud rarò. Sicuti singuli Dies ca-
lamitates suas, ita suas novas Contributiones pro ratione temporum
necessitatis secum vehunt, D. Strauß in Disput. de Contribut: cap. 1.
§. 6. § cap. 3. §. 1.

THES. VI.

Definitionem excipit Divisio; vetus namque dictum est, qui bene
distinguit, bene docet: Dispesco itaque Libros Censuales in *Universa-
les, Speciales & Specialissimos*: UNIVERSALES eos voco, in quibus
Collectæ totius Imperii, vulgò ReichsAnlagen / ReichsSteuer / Zür-
ckenHülffe / Römerzugt / quæ ob publicam utilitatem necessitate postu-
lante ex Imperii placitis, & voluntate atque consensu Statuum uni-
versis ubique indicuntur, Modest. Pist. Consil. 4. lib. 1. n. 1. notatæ re-
periuntur; Gail. lib. 2. Observ. § 3. n. 1. pag. m. 389. SPECIALES,
qui Collectas cujusdam particularis Provinciæ seu Patriæ, quas Prin-
ceps pro utilitate Territorii sui vigore Regalium ab Imperatore, vel
præscriptionis jure obtentorum, vulgò Land, Pfennig, Kopff, sive Ca-
pitation-Current- Tranch, Fleisch, und Soldaten- Steuern oder Miliz-
Spelen, it: Hufengelder / LandsVerfassung / Cammer Hülffe / &c. suis sub-
ditis imponit, Bocer. de Regal. cap. 3. n. 218. seqq. Klock de Contribut:
concl. 6. Sprenger. in Instit: Jur: Publ: lib. 2. cap. 20. p. 241. in se con-
tinent: Qui tamen nihil commune habent cum illis, quos Circulares
Censuales, die Creiß, Steuer, Einnehmere in circulis suis consicione.
SPECIALISSIMOS, quos quilibet Magistratus tam oppidanus, quam
paganus, aut Dominus census habet, ex quibus, Incolis, Subditis &
Censiticis suis Tributa, Operas ac Censur indicit, ubi deindè quoque
tales proventus annui certæ universitatis inscripti inveniuntur: Veluti
sunt (1.) Nandiaronum Datæ, March, und Städte Geld / quæ pro usu
loci

loci in foro percipitur, (2.) Laudemiam, *Lehngeld*/quod in præmium pro novæ investituræ collatione sive veteris renovatione factâ, Domino Feudi aut Emphyteuscos directo datur *l. 3. in fin. C. de Jur: Emphyt.* (3.) Censûs annui, *Erb Zinsen*/ de quorum libris inter alia jam in specie agimus. (4.) Gabella, *Abzug Geld*/ est ea pecunia, quæ pro præstitâ fideli protectione persolvenda ab illis, qui spontè & proprio motu ex unâ civitate in aliam, seu uno territorio in aliud cum omnibus bonis habitandi causâ transmigrant, *R. I. de Anno 1594.* vel quæ ab hæreditate defuncti exteros heredes reliquentis pro consuetudine cujusvis loci detrahitur, *Sprenger. in Instit: Jur: Publ: lib. 2. cap. 21. pag. 244.* uti de hac detractione seu Gabella & Censû emigrationis *Nobilissim. D. Ernest. Frider. Schröter. Antecess. apud Jenenses Anno 1673. D. Joh. Georg. Simon Anno 1670. & D. Joh. Ulric. Schmidt Anno 1677. Argentor. exactè scripserunt atque disputaverunt, qui, cui volupe est, evolvi possunt.* (5.) Collectæ, quæ ad refectionem civitatis, vel pro custodia & securitate loci: item pro refectione pontium, viarum & fluminum imponuntur, vulgò *Stadtbau. Schutz. Wächter. Brücken. Pflaster. und Wasser Schäden. oder Mühlen. Geldt.* *Gail. lib. 2. Observ. 52. n. 15. p. m. 386.* (6.) Misales Nummi, Decimæ & Nummi pro incolatu, *Opffer Pfennige/ Zehenden/ und Häusler Groschen/* qui pars sunt salarii, Ecclesiæ ministris in pagis præstandi: *Carpzov. in Jurisprud: Consistor: lib. 1. def. 105. & 129.* (7.) Expensæ executionum criminalium, *Häncker Geld/* sunt sumptus, quos Judex merum habens imperium, ut delicta puniantur, & tranquillitas publica servetur, facere est obstrictus: Qui plura de his expensis scire desiderat, illum remitto ad elegantissimam Disputationem *D. Adriani Beieri habitam Jenæ 1674. recusam verò 1677.* (8.) Tributum, quod cauponibus pro exhauriendis potulentis imperatur, *Schlegeschak/ Spundgeld / Bodin. lib. 6. de Republ: fol. 655. Warem. ab Ehrenb. in Tractat. de reg: subsid: ac oner: subditor: cap. 4. n. 22. seqq. Althus. Polit. cap. 12. seqq. Speidel. in Notabil: Jurid: Histor: Politic: sub his vocabulis pag. 8. 467. 611. 676. 878. & 935.*

THES. VII.

Potestas conficiendi Libros Censuales unicuique inferiori Magistratui, & Domino Censûs competit, cum distributio atq; exactio Collectarum ac Operarum, quæ subjectionem denotant, non sint de Regalibus, ut impositio, quæ superioritatem importat, sed tantum ad Jurisdictionis executionem pertinent, *l. 28. §. 4. C. de Episcop: & Cleric: Gail.*



Gail. lib. 1. Observ. 21. n. 9. § de Arrest: cap. 6. n. 26. p. m. 238. Mev. p. 3. Decis. 216. n. 1. Quemadmodum autem sufficit, si in æstimatione alicujus universalis Territorii, Provinciæ vel Civitatis, vocentur Rectores, Syndici vel defensores universitatis; Ita econtra circa confectionem vel renovationem *Librorum Censualium* necesse est, ut omnes subditi ac singuli prædiorum possesores, quorum interest, præcisè citentur *arg. l. 64. ff. de A. R. D. l. 7. § 8. C. de donat: Brunnem. ad l. 4. ff. de Censit:* qui deinde facultates bonorum suorum indicare debent: Attamen æqvitas favor in imponendis ac distribuendis oneribus prævalere debet. Sed quâ ratione professio bonorum commodè fieri possit, non iniquè quæritur? Cùm admodum hæc in parte variant Dd. Juramentò ad id cives adstringi posse statuit *Klock de Collect: cap. 17. n. 76.* Sed huic contradicit *Rövenstr. in Rechtlichen Bedencken von Anlagem / in Respons: Facult. Marpurg. n. 478. pag. 83.* eâ potissimum ex ratione, quòd multa sic committantur perjuriam, & juramentis non ita ludendum: Alii dicunt commodius id fieri posse, si sub pœnâ confiscationis comminentur, vel ut datâ manu loco fidei omnia revelent; Obtinuit tamen observantia plerisque in locis, ut cives & subditi jurejurando adacti bonorum suorum professionem atque æstimationem facere teneantur, *Bocer. de Collect: cap. 12. n. 15. Machiavell. lib. 1. disp. de Republ. cap. 55. fol. 190. seqq.* Estque hic modus non solummodò legibus fundatus, *l. 2. in fin. C. quand. § quib. quart. pars deb. lib. X.* sed etiam in *Reces: Imper: de annis 1544. §. Da mit aber die 2c. 1595. & 1512. §. ich schwere 2c.* comprobatus, quin & variis in Provinciis ac Civitatibus Germaniæ usitatisimus. *Dn. Dav. Joh. Quedecte in Disput: suâ Inaugurali habitâ Francof. ad Viadrum Anno 1674. de Jure Catastri, Thes. 7. seqq.* Sufficit tamen, si de credulitate saltem jurent, ne conscientiæ forsân nimis constringantur. *Carpzov. in Respons. Electoral. lib. 4. Tit. X. Respons. 74. n. 13.*

THES. VIII.

Non solum novi Libri Censuales conficiendi, sed veteres quoque, si justa causa id exposcat, ad rectam normam reducendi sunt, *l. 4. §. 1. ff. de Censib.* Cùm enim rerum pretia juxta varietatem temporis mutantur *l. 63. §. 2. ff. ad leg. falcid. l. 21. C. de jur. dot.* ipsa æqvitas ratio svadet, ut omnes pro quantitate bonorum & qualitate rerum æqualiter oneribus illigentur, *l. 1. 2. 3. § 4. C. de Agricol. Censit. § Colon. lib. XI.* simulque pro ratione augmenti & decrementi facultatum libri isti toties, quoties rerum id requirit status, reformentur, *l. 4. C.*

B

de

de Censib. & Censitor. lib. XI. Et quanquam Perez in Codice ad hunc predictum titulum dicit: Librum Censualem ad unius instantiam reformandum esse, quoniam quilibet audiendus sit, si de interesse publico ageretur; attamen hoc aliter intelligendum non est, quam si iusta causa istius revisionis adsit, & ab eo, qui prætendit, doceri possit; Pro iustis autem causis diminutionem petendi censûs habentur, quæ non factò possessoris, sed aliunde ortum habent, v. c. si res chasmate pereat, vel si hostili casu fundi deterioratio fiat, vel aliò quodam casu fortuitò ipsa res pejor existat l. 4. §. 1. ff. de muner. & honor. l. 2. C. de alluvion. & palud. Carpzov. in Respons. Electoral. Tit. X. lib. 4. Resp. 73. n. 10. & 13. Item si quis facultatum quidem non labatur, ob supervenientem tamen corporis infirmitatem lectò detentus victum quærere nequeat, adeò ut de redditibus bonorum vivere jam cogatur, tunc corpori necessaria non sunt subtrahenda l. 50. §. 1. ff. de Oper. libertor. Roland. à Valle Consil. 66. lib. I.

THES. IX.

Tenentur omnes ad præstandum censum, nisi quos Immunitas eximit l. 4. §. 8. ff. de Censib. Datur enim in signum & recognitionem divinæ & humanæ subjectionis, prout constat ex Christi Præcepto Matth. 22. v. 21. quò Cæsari, quæ sunt Cæsaris, severè pendi jubetur; Ex analogia juris naturalis omninò æquum est, ut ii, qui privilegiis ac subsidiis alicujus Domini, vel Magistratûs fruuntur, & sub eorum protectione vivunt, pro remuneratione Domino vel Magistratui Censum annuatim solvant, ac operas præstent: Officium eis damnosum esse non debet, l. 7. ff. testam. quemadmod. aper. l. 61. §. 5. ff. de furt. qui periculoso labore commoda Reipublicæ quærunt, l. 5. §. 3. ff. de jur. immunitat. D. Jacob. Born. Jctorum Germanicorum Lumen, Illustris: Elector. Saxon. in Judicio Appellat. Consiliarius, Cur. Suprem. Consistor., Facultat. Juridica, ac Scabin. Elect. Assessor, ut & apud Lipsiens. Consul splendidis. in Disputatione de Censu Constitutivo Annò 1673. exhibitâ, cap. 2. & 3. Sic Censum eò in loco levare debet, in cujus territorio possidetur, & quidem in recognitionem superioritatis, ratione bonorum tam allodialium, quam feudalium, Andr. Knich. de jur. territor. cap. 3. n. 329. p. 39. Schurff. Consil. 59. n. 26. Cent. 1. quoniam regulariter nec imponi, nec exigi possit, nisi à Principe, Nobili, vel Alio jura Superioritatis & Territorii exercente, Gail lib. 2. Observ. 57. n. 7. & 8. p. m. 399. Solutione & acceptione Censuum verò non semper inducitur possessio territorii & jurisdictionis, quia proprietates fundo-

rum

rum nihil commune habet cum proprietate jurisdictionis, *Bald. ad l. 13. C. Mandat. sub n. 2.* unde non cœnia castrorum possunt esse unius, jurisdictione autem alterius, *Knich. cit. loco n. 334. Köpp. quest. 48. n. 1.* Hic lubet interponere quæstionem, quam pertractat *Besoldus de Jurisdic. Imper. Rom. quest. 20.* An Princeps tanquam Dominus feudi, si Castellum vel pagum unâ cum subditis ibi habitantibus additio merô mixtione imperiô, Nobili alicui in feudum concedat, ejusmodi feudales subditos collectis onerare queat? Quod affirmatur: Cùm ergò jus collectandi non tam Jurisdictionis, quam Imperii & Regalium sit, Princeps verò concedendo alicui feudum semper Regalem sibi Jurisdictionem reservasse, nec in Vasallum transtulisse unquam censeatur, *Meischner. Decis. Cameral. tom. 2. lib. 1. Decis. 6. n. 129.* Cui sententiæ, pro majori confirmatione accedit, quòd Collectarum perceptiones censeantur vera signa esse superioritatis & eminentiæ superioris, *l. 28. §. 4. C. de Episc. & Cleric. cap. 2. X. de Censib.* Consequens ergò est, Vasallum, etiam si habeat merum mixtumq; imperium in loco aliquo, suis tamen subditis & hominibus collectam imponere non posse. *Schurff. centur. 1. conf. 51. n. 26. Schneid. in tractat. feudal. lib. 2. cap. 28. per tot. Excell. Dn. Dieter. Willhelm. Matthia in Academia Erfurtensi Profess. Public. ac Facultatis Jurid. Assessor longè meritisimus in Disputat. suâ Inaugurali Jenæ 1670. propositâ de Jure Collectandi pag. m. 18. & 19.*

THES. X.

Libri Censuales probè conficiuntur eò scilicet modo, ut non tantùm id, quod nomine Censuum, vel Contributionis quemcunque pendere oporteat, inibi describatur, sed omnia insuper bona censa, immobilia præsertim, itemque mobilia ac moventia, nomina pariter ac Actiones, redditus, mercaturæ lucra & opificum emolumenta, quæque patrimoniorum nomine continentur, notentur, *l. 4. ff. de Censib. Hahn. ad Wesenb. circa h. tit.* Ast secundum modernam Dd. sententiam in Praxi receptam Libri Censuales Nobilium, *Erb. Bücher* seu *Erb. Register* erigi debent (1.) ab Officiali publico à Superiore specialiter ad hoc deputato in præsentia Notarii Publici & duorum vel trium testium desuper requisitorum, *Bartol. in l. 9. §. 2. ff. de Edend. Salicet. in l. 7. C. de probat. cùm nūquam de autoritate & fide Notarii possit moveri controversia Nov. 44. c. 1. §. 4. Hartm. Pist. Observ. 159. n. 7.* (2.) Necessesse est, ut Subditi ac Censiti ipsimet ultrò & spontè Laudemia, Censuum, Servitia & similia, quæ Dominis debent, specialiter & veritim, ne forsitan ex tumultuariâ responsione sensus verborum invertatur, expriment,

mant, indicent & confiteantur: (3.) Ut post conceptionem à Notario contenta horum librorum Subditis, Censitis ac Rusticis articulatè & clarè verbotenus prælegantur, *Gloss. in l. 11. §. 1. ff. de legat. 3. Jas. in l. 30. ff. de U. O. qvô singula, dum horum ingenium & intellectus regulariter est stupidus, quæque rectè percipiant, ac nequicquam post eorum confessionem, quod eis non fuerit prælectum, in præjudicium addatur, & libris ejusmodi inseratur: (4.) Singulum quemque Tributa ac servitia sibi imposita consensu expressò & propriâ confessione non solùm ratificare, sed & præstatione juramenti fidelitatis seu homagii tales libros confirmare debere, *Moller. lib. 4. Semestr. cap. 37. n. 2. qvô sacramenti vinculò Subditi vel Rustici ad observationem horum Librorum Censualium atque præstationem Servitiorum & Censuum in iis contentorum ex conventionem propriâ se obstringunt, Hartm. Pistor. Observ. 101. n. 1. 2. §. 30. Cui postea contravenire non valent, nec ad juratam illorum diffessionem admittuntur, sed in semel confessum perinde ac in judicatum parata datur executio, l. 56. ff. de re judic. l. 25. §. 2. ff. ad leg. Aquil. Coler. de Process. Executiv. p. 1. cap. 3. n. 99.* (5.) Ut præter Instrumentum desuper hoc confectum ejusmodi libros Notarius & testes subscribant, & sigillis suis consuetis muniant. (6.) Si Notarius quoad hunc Actum tam extrinsecum, quàm intrinsecum, omiserit instrumenti confectioem requiritur, ut is unâ cum testibus, consideratis circumstantiis, mediante juramentò confirmet, & attestetur omnia fideliter acta & facta esse, tum aliàs de eo, quod nec vidit, nec audivit, testari nequeat, *Hering. de Fidejussor. cap. 7. n. 486.* Hinc inde necesse est, ut Notarius adhibitis testibus instrumentum desuper conficiat, cui ante omnia credendum in iis, quæ attestatur, coram se gesta esse, *Anton. Fab. in Cod. lib. 6. Tit. 5. def. 10. n. 7. Alex. lib. 2. Consil. 105. n. 2.* Instrumentò verò solenniter haud confectò libris Censualibus fides non habetur, priusquam Notarius & testes juramento confirmaverint, tales libros ritè formatos esse; nudæ enim assertioni Notarii & testium non creditur, nisi sit jurata, cum virtus probationis magis dependeat à fide publica, quàm à titulo officii, *Præ-Nobilis. Schwendendörffer. Jun. apud Lipsienses Prof. Publ. in Praxi & quotidiano usu rerum occurrentium felix ac diligens scrutator in Disputat. de Instrument: Publ. §. 20. Berlich. part. 2. Decis. 283. p. m. 591. Carpzov. lib. 1. Tit. 7. Resp. 63. n. 20. prout in supremo Appellationum Judicio Electoris Saxon. Dresdensi M. Decembr. 1615. in causa Rudolffs von Bünau zum Wiesenstein contra die Gemeinde zu Heußdorff pronunciatum fuit:**

falt: Verb. sentent. Es seyn aber die Notarien und Zeugen/in derer Ge-
 gentwarth ietzt specificirtes ErbBuch aufgerichtet worden seyn soll / daß
 die Gemeinde zu Heusdorff die in solchem ErbBuch ihnen angefeste und
 geschriebene ErbZinsen/ Pferde, Handfrohnen und Dienste in ihrer der
 Notarien und Zeugen Beyseyn (1.) selbst also angegeben/ und (2.) daß
 darauff den Leuten solches anderweit in ihrer Gegentwarth deutlich vorge-
 lesen/ (3.) dieselbe sich nochmahls zu solchen Diensten bekandt / und (4.)
 daß nach solcher der Leute Bekändnuß von ihnen den Notarien und Zeu-
 gen solches ErbBuch unterschrieben und besiegelt worden / vermittelst
 Eydes zu erhalten schuldig. *B. R. W. Prioribus requisitis adhibitis
 Libri Censuales Nobilium & Aliorum Dominorum, in quibus operas,
 census ac servitia Rusticorum ac Censitorum annotare, juxtaque eos
 exigere solent, pro scriptura publica atque avthentica omninò habentur,
 Moller. cit. loc. ac plenè contra subditos probant, fidemq; faciunt,
 Paris de Puteo de redintegr: feudor: cap. 76. Crav. Consil. 159. n. 4. Bo-
 tell. Decis. Tom. 2. Tit. 22. n. 16. 18. seqq. pag. 160. § 161. Mascard.
 de Probat: Conclus. 603. n. 3. B. Dn. Carpzov. in Jurispr: Forens: part.
 2. Const. 4. def. 6. it: lib. 3. Tit. 8. Resp. 82. n. 23. seqq. quemadmodum
 Scabini Lipsienses ad requisitionem der Gemeinde zu Gossa Mens. Febr.
 1632. hunc in modum judicârunt: Daferne denuoch selbige Erb. Büchere
 Euch in Gegentwarth des hierzu erfordereten Notarii und Zeugen vorgele-
 sen worden/ und ihr zu denen darinnen gesakten Diensten ein ieder abson-
 derlich sich bekandt/ und solche Bücher beliebet / darauff auch den Erb-
 Huldigungs Eyd abgeleget hättet / So weret ihr denselben allerdings
 nochmahls nachzukommen / und Inhalts mehr besagter Erb. Büchere
 Wohlsehaft zu lauffen schuldig / *B. R. W.**

THES. XI.

Regulariter Censuales Libri Nobilium ac Dominorum ad instar
 Privatæ alicujus scripturæ, *Nicol. de Passer. de privat: script: lib. 4. cap.
 5. p. 662. Friedlieb de privat: scriptur: sect. 2. p. m. 69. contra alios, qui
 subditi non sunt, aut pro Republica & Magistratu contra subditos cen-
 suarios, si de præstandis servitiis aliisque oneribus controvertatur,
 non probant, nec fidem faciunt ullam, l. 5. 6. § 7. C. de Probat: Auth.
 si quis vult. C. qui pot: in pign: hab: Moller. lib. 4. Semestr: cap. 37. n. 1.
 seqq. pag. m. 422. § 423. Matth. de Afflic. Decis. 364. Wesemb. part.
 1. consil. 27. n. 7. Coler. de Proces: Executiv: p. 3. cap. 1. n. 78. Rutger.
 Ruland. de Commisar: p. 2. lib. 5. cap. 13. n. 2. seqq. Hartm. Pistor. Ob-
 serv. 159. n. 1. seqq. Carpzov. in Proc: Jur: Tit. XIV. Art. 5. n. 37. §*

38. p. m. 536. § p. 1. const. 16. def. 25. n. 5. quia ut plurimum Libri Nobilium Censuales ac Jurisdictionales ita sunt scripti, ut ex iis nec quò tempore, nec quibus presentibus, nec à quo conscripti sunt, intelligi queat. Si enim isti libri indistinctè probarent, cuivis Nobili, vel Domino liberum esset, in sui favorem Libris Censualibus pro lubitu Censum inserere, & Servitia quæque, imò insolita Rusticis imponere, quod tamen valdè iniquum esset, *Frantzck. de Laudem: cap. 4. n. 30. p. m. 26. Hartm. Pist. cit. loco n. 2.* & hoc modo Nobiles testes essent in propriâ causâ, quibus credendum non est, l. 10. ff. § C. de Testib: *Carpzov. in Resp: Electoral: lib. 1. Tit. 7. Resp. 61.* Prout ibi reliqua verba in Thesi precedenti allegata sententiæ indicant: **Haben eure Lehn- und Gerichts- Herren über die gewöhnlichen Dienste euch auch das Boten lauffen angemuthet / fürgebende / daß solches in ihren Erb- Büchern also versehen / darzu ihr euch aber nicht verstehen wollet. Ob nun wohl sonst den bloßen Erb- Büchern in gemein nicht völliger Glaube zuzustellen / und dadurch die Unterthanen mit neuen Diensten zu beschweren etc.** Aliud tamen dicendum videtur de Libris Censualibus, in quibus Collectæ, Census ac annui Reditus Civitatum conscribuntur, vulgò **Steuer Register / Schoß Contribution- Umbs- Raths- it: Saalo Bücher** / præprimis si necessitate & ratione publici officii sint conscripti, atque antiquitate donati, *Frantzck. de Laudem: cap. 4. n. 32. p. m. 27.* Isti enim pro scripturis publicis & Avtheticis omninò habentur, dum non solum à juratis personis incipiuntur & continuantur, sed etiam quia in Archivo publico aservantur; Scriptura verò, quæ ex Archivo publico, vel Cancellaria, aut Rationario, librisque Principis alicujus, vel communitatis sumitur, ut & Extractum, vel Transumptum ex monumentis publicis, si habeat subscriptionem alicujus Officialis vel Archivistæ ad hoc ordinati, quamvis non sit Notarius, liquidò probat & publicam meretur fidem, l. 14. C. de omn: agr: desert: lib. XI. *Knich. de Jure territor: cap. 3. n. 346, 347. § 348. pag. 39. Modest. Pist. vol. 2. consil. 8. n. 10. seqq. Menoch. de Arbitr: Judic: Quest: lib. 11. cent. 1. cap. 91. Mascard. de Probat: vol. 1. concl. 398. Coler. de Proces: Executiv: p. 3. c. 1. n. 83. seqq. Richter. part. 3. Decis. 112. n. 6, 7, 8. § 9.* In hunc modum ab Amplissima Facultate Juridica Witteb. Senatui Stolbergensi Anno 1612. responsum fuit: **Daß Raths Bücher und Register / so in Archiven gefunden / pro privatis scripturis nicht zu halten / sondern pro publicis instrumentis zu achten / und von Euch in vim probationis præsertim in antiqvis wohl produciret werden können.**

THES.



THES. XII.

Quid Juris, si Libri Censuales vitiò aliquò laborent, an eis etiam certis quibusdam adminiculis succurrendum & tunc credendum sit? Omnino, præprimis ex more & consuetudine loci atque judicii, v. c. si controversia est de re non magni momenti, *Hartm. Pist. Observ. 159. per tot.* si tales libri sint antiqui, in Archivo publico reperti, præscriptione adjuti, à Rusticis, vel Subditis pro se allegati, non ab uno, sed multis bonæ famæ in officio surrogatis conscripti, ac plures uniformes, *Berlich. part. 2. Decis. 284. per tot.* & si quædam contenta in iis libris saltem sint vera, item si Subditi istis non contradicant, *Frider. Pruckmann. vol. 1. consil. 29. n. 50. p. m. 475. b.* Non sufficit tamen, ut adminicula hæc, vel tantum quædam ex illis, à Dominis, vel Nobilibus allegentur, sed & probari debent, non aliter ac confessionem & approbationem horum librorum à subditis factam.

THES. XIII.

Accidit non rarò, ut Libri Nobilium Censuales à Subditis, vel Rusticis ob unum vel alterum requisitum omisum impugnentur, & eorum autoritas ac fides in dubium vocetur; Attamen si Rustici in eos libros juraverint, ante relaxationem juramenti contra illos experiri non valent: *Non obstante*, quòd alias juramentum legitima Juris remedia & actiones non excludat: v. gr. Reus seu Inquisitus, qui Urphedam præstitit, & carceres ac pœnam non vindicare juravit, relaxatione juramenti ad agendum haud opus habet; *Gail. lib. 1. Observ. 22. n. 5. § 6. p. m. 45. Constit. Crim. Carol. Art. 20. §. Es soll auch keine Obrigkeit / oder Richter in diesem Fall keine Urphede helfen schützen / oder schirmen / daß der Gepeinigete seine Schmach / Schmerzen / Kosten und Schaden mit Recht / doch alle thätliche Handlung ausgeschlossen / nicht suchen mag.* *Æquius* tamen videtur, si ad effectum agendi absolutio à juramento, vel spontè, vel vi, vel metu præstitò, petatur, ne quis agendo, opinione saltem perjurium incurrat, *Græv. lib. 1. Concl. Practic. 22.* quæ sententia in Praxi quoq; observatur & recepta est, *Prosp. Farinac. in Tract. Crim. qu. 35. n. 12. Modestin. Pist. vol. 1. consil. 26. n. 11. Menoch. de recuper. poss. Remed. 1. n. 294.* Et quanquam in quibusdam casibus juramentum de jure non est obligatorium, nihilominus id propriâ autoritate non sperni, sed absolutio peti debeat, *Menoch. consil. 24. n. 25.* Ergò Subditi, qui libros Dominorum Censuales impugnare satagunt, ante omnia ad agendum relaxationem juramenti in eos præstiti à Superiore petere debent, *Hartm. Pist. part. 4. quest.*

quest. 6. n. 79. Quemadmodum etiam observantia testatur, quod ii Subditi, qui in causis Dominorum ad testimonium requiruntur, prius ipsis juramentum, quod Dominis sint obstricti, ad hunc passum debet remitti, antequam de veritate jurant & deponunt, *Modest. Pist. vol. 1. consil. 7. n. 26.* Quod si verò juramenti absolutio nullum producat effectum, planè denegari, nec jurans ad actionem instituendam admitti debet, *arg. l. 14. §. 1. ff. ut legator: vel fideicom: serv: caus: arg. l. 21. C. de probat: Gail. cit. loco n. 4. Carpz. lib. 1. Tit. 7. Resp. 64. per tot.*

THES. XIV.

Occurrunt hic aliquot quæstiones non inutiles: Et quamvis penes Rusticos, qui alternativè ad operas vel pecuniæ præstationem Dominis obligati sunt, electio sit, quia in alternativis electio est debitoris, *l. 10. §. ult. ff. de Jur. dot. l. 6. §. 1. ff. de Jur. Patron. Carpzov. in Jurispr. for. part. 2. const. 4. def. 5. per tot. cum annexo præjudicio.* Quær. tamen (I.) Si juxta libros Censuales Subditi ad indeterminata servitia unbenanten Diensten / ex literis verò investituræ ad servitia definita gewissen Diensten obstricti sint, quâ ratione discrepantia hæc sit decidenda? Resp: per literas investituræ, quia plenam faciunt probationem *Joach. Beust. in l. 31. ff. de Jurejur. Modest. Pist. vol. 1. consil. 14. n. 12. §. 23.* & in ambiguis majorem fidem atque autoritatem literæ investituræ, quàm libri Censuales, merentur, siquidem isti libri regulariter, uti supra *Tb. XI.* dictum, contra subditos parum probant; Econtra verò tenor investituræ plenè probat, plena autem probatio enervat semiplenam *l. 1. sub fin. pr. ff. de ventr. inspic. productisque instrumentis duobus discrepantibus standum est verisimiliori & favorabiliori Bald. in l. 14. C. de fid. Instrum. Carpzov. lib. 1. Tit. 7. Resp. 65. In quam sententiam Curia Witteb. Anno 1630. in causa der Pferdner und Cossater zu Werbelin hisce verbis respondit: dieweil die von Klägern in Termino producirte und fürgelegte Lehnbrieffe der schuldigen Dienste halber klare Maße geben / so bleibet es auch bey denselben aller Dings billig. (II.) Quær: an rustici inter alia servitia, quæ Dominis suis ad extruenda & renovanda ædificia debent, etiam lapides ad strata ac vias complanandas & pavimenta aptos, Pflastersteine / vel calces vel arenas ad crustanda ædificia, vel ligna ad canales Holz zu Wasserröhren advehere, & terram veteratam ex dirutis ædificiis causatam, alten Schutt avehere adstringi debeant? Negatur per *Consultat. Const. Saxon. tom. 2. part. 5. qv. 2. n. ult. Berlich. part. 2. conclus. 65. n. 7. p. m. 447. a. Carpzov. part. 2. Constit. 52. def. 4. per tot.* (III.) Quær. Si Subditi*

Subditi vel rustici juxta librum Censualem Nobilibus vel Dominis ad
servitia venatoria non sicut obstricti, an etiam immunes sint à persecu-
tione luporum der Wölffe Jagt? Quod negat *Magnif. D. Struv. in*
Syntagm. Jur. Feudal. cap. 6. aphor. 28. n. 3. p. m. 219. (IV.) Qvæ.
An etiam Censu ac aliæ præstationes, quas subditi Dominis suis debent
per chartas partitas & bacilla fissa durch ausgeschnittene Zettel und Kerb-
hölzer rectè probari possint? Affirmatur: Nam licet bacilla fissa vero-
rum instrumentorum nomen non obtineant, cum neque literis neque
aliâ parte instrumenti consent, benè tamen dicuntur quasi Instrumen-
ta, quæ analogiâ quâdam vera instrumenta imitentur, & ad eorum simi-
litudinem proprium cum illis effectum habent, *arg. l. 29. pr. ff. de pro-*
bat: arg. l. 1. ff. de recept: qui arbitr: l. un. C. ad leg. Visell. Hinc Dd.
circa effectum probationis horum bacillorum non sunt uniformes;
Quidam eis tanquam scripturis privatis attribuunt semiplenam fidem,
inter quos præ cæteris est *Berlich. part. 1. concl. 36. n. 113. p. m. 213.*
Quidam arbitrio judicis relinquunt, quanta probandi vis his bacillis
tribuenda, *Dan. Moller. lib. 4. Semestr: c. 37. n. 3, in fin.* Quidam ple-
nam bacillis hisce non aliter, quàm Libris Censualibus adscribunt fi-
dem, præsertim si ex utriusque partis, Rusticorum seu Subditorum vi-
delicet ac Domini conventionem mutuâ, confecta fuerint, quod experi-
entia ac observantia non aliter docent, scil: bacilla fissa ac chartas par-
titas plenè probare, perinde ut sit in aliis signaculis, e. gr. *Färber und*
Gärber Zeichen/ Richter. part. 3. Decis. 112. n. 13. Sam. Stryk. in Diss.
de Bacillis fisis, Francof. 1676. propositâ cap. 4. n. 8. 9. § 10. p. m. 34.
§ 35. in quâ plura de his bacillis desideranti prolixiorum materiam ac so-
lidiorum informationem suppeditat. Carpzov. part. 2. Const. 4. def. 7. ubi
juxta ultimam opinionem Anno 1633. in Scabinatu Lipsiensi ita pronun-
ciatum fuit: Iminaken denn auch die Zinken und Frohnen/so immittelst
albereit erleat und verrichtet worden / durch die ausgeschnittene Zettel
und Kerbhölzer / daferne solche beyde Theile allewege mit einander und
zugleich richtig gehalten/ zur Nothdurfft erwiesen und beybracht werden/
D. N. W. (V.) Qværi hîc posset, quò tempore scilicet Censu sit
solvendus? Item (VI.) an Censuarius Censum ad domum Domini Cen-
sus portare debeat? Quoniam verò usus & consuetudo hâc in parte
maximè attendi debet, *Carpzov. lib. 1. Tit. 9. Resp. 92. n. 2. has quæ-*
stiones insuper Nobilis. D. Joh. Georg. Döhler/ Ducal. Præf. Altenb:
Moderator, Patronus ac Fautor meus in Disput. sua Inaugurali, quam in
Noricorum Altdorffinâ Anno 1667. de Jure Censitico exhibuit, cap. 2. §.

22. latè explicavit, hinc crambem bis eorundem apponere nolo, sed
L. eò remitto.

THES. XV.

Materiæ non contrarium erit, si paucis quoque demonstrabimus, quibus remediis Censuarii & rustici vel subditi refractarii ac morosi ad præstationem censuum & exhibitionem operarum seu servitiorum, compelli debeant; Censûs Dominus, der Zins Herr / de Jure Civili & Canonico nudam saltem habet actionem personalem, l. 8. l. ult. C. de rer: permutat: de Jure autem Saxonico hodiernò haic Actioni aliquid additum est, quo Censuarium non solum ad censum debitò tempore solvendum, sed etiam ad expensas litis factâ judicis moderatione restituendas obligatum esse, adeò ut, si in contumacia perseverat, nec solvit, poenâ arbitrariâ, puta pecuniariâ, vel carceris coercendus sit, Const. Elect. Saxon. Aug. part. 2. Const. 39. in verb. Sondern den veressenen Zins zu erlegen/und die Gerichts Kosten/ die dem Herrn auffgangen/ auf Ermäßigung zu erstatten schuldig / und daß disfalls gleichwohl auch eine würckliche Straffe erkant werden möchte wieder die/so muthwillig und vorsecklich solchen Zins/ auff Ermahnung und Erinnerung nicht erlegt hätten. Cùm verò sæpissimè in Terris nostris Domini Censûs insimul Domini sint territorii & jurisdictionis, Censum à Censuario non actione ordinariâ, sed summarissimè per Executionem statim, durch Auspfändungs- und andere Zwangs- Mittel solent exigere, Coler. de Proces: Executiv: p. 1. c. 3. n. 67. item per modum sequestrationis fructuum, l. 4. C. de conveniend: fisc: debitor: lib. X. custodiæ militaris, l. 2. C. de exactor: tribut: lib. X. subhastationis, bona enim civium tacitè pro muneribus publicis hypothecata sunt, l. 46. §. 3. ff. de jur: fisci. l. 1. C. in quib: caus: pign: vel hypothec: Sprenger. ad Institut: Jur: Publ: lib. 2. cap. 20. p. 241. Carpzov. lib. 4. Tit. 2. Resp. 12. n. 3. Ratione præstandorum servitiorum compelli possunt à Dominis refractarii non solum mulctâ pecuniariâ, sed Arrestò quoque tam personali, quàm reali, quò bona capiuntur & arrestantur; similiter per pignorationes jumentorum, item à Domino ipsis potest impediri messis & perceptio fructuum, durch Besteckung der Früchte / si porrò rustici inobedientes existunt, possunt eorum bona cum omnibus instrumentis & pertinentibus in sequestrationem deduci, donec ad bonam frugem reducantur, & ab eis debita servitia seu operæ præstentur; Cogi quoque queunt, ut bona divendant, ac aliò migrent, quando verò contumacia & resistentia est magna, permittitur, præviâ præmisâ causæ cognitione, tales relegatione

gatione punire, Gail. lib. 1. Observ. 17. n. 8. & Tractat. de Arrest: cap. 10. n. 1. Berlich. part. 2. conclus. 34. n. 17. seqq. & part. 1. Decis. 65. Noviss. Resolut. Gravam. Provincial. Elector. Saxon. de Anno 1661. Tit. von Justitien. Sachen/ §. 37. Richter. part. 2. Decis. 98. n. 11. & seqq. Carpzov. part. 2. Constit. 27. def. 4. & Constit. 51. def. 16. Libellus verò ad actionem ordinariam exigendi Censuræ possit esse talis: P.P. Saget Kläger fürzlich / daß Beklagter wegen eines Guths und deren Pertinentien zu N. ihm Jährlichen 12. fl. Erbzinß / besage Extracts des Erb Registers sub A. zu entrichten schuldig: Weils nun Beklagter in die 6. Jahr hero solchen nicht abgestattet / noch von ihm in Güthe zu erlangen gewesen; Alß ist daher Kläger zu Anstellung dieser Klage bewogen worden / fordert deswegen von Beklagtem richtige Recognition des Documents sub A. und bittet hierauf zu erkennen / daß Beklagter die auf 6. Jahr rückständigen Erbzinßen nebst denen verursachten Unkosten abzutragen / und Klägern zu bezahlen schuldig; Desuper &c.

THES. XVI.

Si verò Domini à Subditis, vel Alio in jure ac præstatione operarum turbentur, succurritur eis interdicto uti possidetis, & si à quasi possessione dejecti sint, dantur ipsis remedia restitutoria, Menoch. de retinend: poss: remed. 3. n. 115. seqq. Rustici quando opponunt, operas precario se præstitisse, Dominus econtra asserit, jure servitutis & obligationis sibi fuisse præstitas, tunc quando illi in continenti exceptionem demonstrare nequeunt, Dominus ex interdicto uti possidetis in suâ quasi possessione manuteneri & defendi debet, Carpzov. lib. 3. Tit. 12. Resp. 108. n. 7. & 8. Berlich. p. 1. Concl. 37. n. 4. Richt. part. 2. Decis. 98. n. 51. seqq. ita tamen ut Rusticis jus, quod se habere putant, cum interesse indebitarum operarum seu servitiorum in petitio salutem maneat, Resolut. Noviss. Gravam. Saxon. de Anno 1661. Tit. von Justitien. Sachen/ §. 37. in pr. Quod Actione & Exceptione negatoriâ intendi possunt, Mev. Decis. 131. p. 4. n. 1. quâ actione petitur, ut declaretur, jus ea exigendi, pro re natâ, Domino vel planè non dari, vel non ultra, ac hæcenus à se præstita fuerint, & proinde ipsi prohiberi, ne ultra debitum exigeret, & tunc, si Dominus excipiat sibi litigiosa servitia deberi, ipsi probatio injungenda est, l. 14. ff. de Probat: l. 23. C. eod. l. 4. C. de edend. Dn. Carpzov. lib. 1. Tit. 7. Respons, 67. Speciale siquidem actionis negatoriæ est, ut Actor probationis onere non gravetur, sed transferatur in reum, quoniam in hac actione militet præsumptio libertatis pro illo, l. 9. ff. de Servit: urban:



predior: l. 8. C. de Servit: § aqua. Schneidew. ad §. 2. Instit. de Action.
n. 36. § 37. p. m. 667. § 668. D. Philippi in Usu Pract: Instit: Ecclg.
44. n. 4. lib. 4. p. m. 897. Summariter tamen, levato velo & absque
strepitu ac solenni figurâ Processûs hæc tractari oporteat, Carpzov.
in Proc: Jur: Tit. 1. Art. 1. n. 49. quod etiam Serenissimus modernus Ele-
ctor Saxoniæ in Noviss. Resol. Gravam. de Anno 1661. cit. loco §. 36. in
fine precipit. Formulam libelli hujus Actionis exhibet Præ-Nobilis.
D. Barthol. Leonh. Svendendorffer. Prof. Cod. in Acad. Lips. Præceptor
& Patronus meus fidelissimus ac summus, in Summaria Action. forens. Ex-
posit. cap. 2. Sect. 3. Membr. XI. p. m. 65. § 66. Quirin. Schacher. in
Colleg. Pract. ad lib. 7. § 8. ff. p. m. 99. Cæterùm qui prolixiorẽ
informationem harum operarum sive servitiorum expetit, ejus desi-
derio satisfaciet Nobilis. D. Job. Volckm. Beckmanns / P. P. Jenensis,
Disputatio benè de his elaborata atque Anno 1675. publice ventilata.

THESES. XVII.


Videamus nunc Contraria, & quibus ex causis Censûs ac operæ
in Libris Censualibus contentæ non possunt peti ac exigi; Quarum
præcipua præ cæteris est (I.) Præscriptio longissimi temporis, quæ de
Jure Civili 30. & 40. annis, aut de Jure Saxonico intra 31. annos, 6.
hebdomadas & 3. dies absolvitur, per Const. Elector. Saxon. August.
part. 2. Const. 4. Si enim Censûs, vel operarum Dominus intra hæc
tempora non petat atque exerceat, jus suum amittit, l. 3. § 4. C. de
Præscript: 30. & 40. annor. Limitatur tamen, quòd non procedat, si
constet de impedimento Domini legitimo, vel si rustici requisiti ope-
ras haud præstiterint, & à tempore recusationis tantum temporis in-
tervallum præterlapsum fuerit, ac secus quando non requisiti sunt,
B. Carpzov. in Jurispr: Forens: p. 2. Const. 52. def. 12. per tot. Aper-
tissimi juris enim est, quòd non valenti agere in præscribendis juri-
bus negativis præscriptio non currat, nisi à tempore interpositæ seu
factæ contradictionis, l. 1. §. 2. C. de annal. Præscript. Hinc ex parte
subditorum ad hanc præscriptionem & hujus probationem requiritur
(a) quòd illi interpellati Censûs non dederint, nec operas exhibue-
rint, (b) quòd interpellationi contradixerint, (c) quòd Dominus ac-
quieverit, & (d) quòd per 30. vel 40. annos post contradictionem,
subditi in quietâ possessione steterint, Mascard. de Probat: vol. 2. Con-
clus. 885. n. 2. (II.) Interitus fundi arg. l. 4. §. 1. ff. de Action. Empt.
& Vend. l. 14. §. 1. ff. quemod: servit: amitt: l. 1. § 9 ff. de itin: actuque
priv: (III.) Jus personale seu Privilegium, (IV.) Remissio, quando
Do-

Dominus subditis debitum operarum & Censitis Censibus spontè remittit, l. 14. §. 1. ff. de servitut: juri suo renunciat, & plenam libertatem rursus concedit, certum siquidem est, quòd quilibet juri acquisito possit renunciare, l. 29. C. de pact. Hæc autem remissio absque injuria reliquorum subditorum, ne illis talia servitia ad crescant, fieri debet, Ziegler. ad aur. prax. Nicol. Calv. conclus. 1. §. Nobiles n. 139. p. m. 133. (V.) Abusus, cum Domini officii sui atque conscientie immemores, subditos ad novas ac insolitas operas & angarias vi compellunt, male & crudeliter eos tractant, ac plus, quam par est, ab ipsis extorquent, l. 1. C. de Emend: serv: l. 4. C. Quemad: civil: muner: indic: lib. X. Gail. lib. 1. Observ. 17. n. 1. seqq. §. tract. de Arrest. cap. 10. n. 7. D. Philipp. in Usu Pract. Instit. lib. 1. Eccllog. 43. n. 2. §. 9. p. m. 143. §. 144. quò casu & facto, si scilicet Dominus jurisdictione & potestate sua abutitur, totius feudi privatio obtinet, Richter. p. 2. Decis. 98. n. 13. §. 14. B. Carpzov. lib. 1. Tit. 6. Respons. 53. n. 11. §. 12. Et hæc de Libris Censualibus sufficiant: Restabit nunc, ut paucis & quam brevissimis juxta Disputationis nostræ rubricam, quædam de Libris Judicialibus, von Gerichts Büchern in medium proferamus.

THES. XVIII.

Librum Judiciale[m] ita describo: In quo omnes Actus Judiciales, in quibus Decretum Judicis interponitur, ab Actuario, aliòve, cui id negotium in Judicio specialiter commissum, succinctè consignantur & inscribuntur; adjunctò tamen tempore, quò unum quodvis gestum ac inscriptum sit, ne inde confusio oriatur; Per Actus autem Judiciales intelligo non saltem res voluntariæ jurisdictionis; quæ plerumque tali libro inferuntur, sed etiam negotia contentiosæ jurisdictionis. Siquidem in quibusdam Judiciis talis liber ad omnia negotia destinatus reperitur; Cujus rei testis est Ordinat: Jud: Infer: Trev: in verb: Es soll ein ledtweder Unter-Gericht sein eigen Gerichts-Buch haben / darinnen alle Gerichts-Handlungen / Bey- und End-Urtheil / auch Appellation, Heischung und Gebietung der Apffel / darzu alle Contracte, als Kauff / Verkauf / Ubergab / Donation und dergleichen / item Testament, so die vor Gerichte gemacht und aufgerichtet wurden / mit Anzeige / durch welchen Tag und in welchem Jahre / solches alles zu einer jeden Zeit geschehen / fleißig geschrieben zc. In aliis autem Judiciis, præprimis Saxonis negotia voluntariæ & contentiosæ jurisdictionis plerumque ab invicem distingvuntur: Ea propter

De Libris
Judicialibus.



THES. XIX.

Actarius Judicii circa contentiosa tot specialia Acta conficere debet, quot in judicio causæ ventilantur, quorum singulis inscribit, quid in illâ causâ quovis tempore, quò lis mota, à partibus in judicio propositum fuit, & quæ Decreta, quæque Sententiæ singulis diebus à principio litis ad finem usque à iudicibus latae sunt, *Magnif. Dn Brun- nem. in Proc: Civil: cap. 1. n. 82.* Hinc ab Eo requiritur, ut (1.) Acta in his causis contentiosis fideliter ordine colliget, Præ- & Cognomi- nibus Partium in frontispicio mutatis mutandis sequenti Rubricâ in- scribat:

ACTA
in Sachen
Quirini Sempronii Klägers eines
Contra
Augustinum Titium Beklagten andern
Theils etc.
in puncto Injuriar. vel
Debiti &c.
ergangen vor E. C. Rath vel
Gerichten zu NN.
Anno 1680.

(2.) Oblatum libellum seu supplicationem porrectam cum anno & die consignet, v. c.

Præsentiret den 3. Jan. 1680.

Interdum etiam apponitur persona offerentis cum determinatione horæ, præprimis in causis Inquisitionum & Appellationum, e. gr.

Præs. den 9. Jan. 1680. hor. 4. pomerid.
durch Teresium.

(3.) Judicis Resolutionem ac Decretum annotet, v. c. *Communicetur, Deferatur, Rejiciatur, Detur Monitorium, Excitatorium, Præceptum, vel Inhibitio, Citatio legalis, Dilatio*: Kläger seu Beklagter soll noch 14. Tage Dilation zu Einbringung seiner Nothdurfft oder Replica haben / jedoch daß er binnen solcher Frist von dato an sub pœna præclusi damit gebührend einkomme / Actum den 15. Jan. 1680.

Alexand: Obertus,
Actuar: Judicii.

(4.) Relationem Nuntii jurati, aliàs ei non creditur, factâ insinuatio- ne emanatæ Citationis, Præcepti vel Monitorii Actis inserat, v. gr.

Der



Der geschworne Cankelley, Ober Hoff Gerichts, vel Ambts, Bo-
the/ Pedell, Frohne/ Richter/ Stephan. Nasturtius,
berichtet/ daß er vorherstehende Citation, Auflage vel
den bekommenen Ober Hoff Gerichts Befehl/ den 12.
dieses Cajo in dessen Behausung selbstem / vel bey dese-
sen Abwesenheit seinem Weibe/ Famulo, Magd und
dergleichen zugestellet. Actum den 20. Januar. 1680.

Petr. Zenzelinus,
Registrator juratus.

Quæ relatio nisi ex Actis appareat, non valet Citatio, nec Judex ante
receptam relationem nuntii adversus citatum firmiter pronunciare
valet, siquidem talis sententia ipsò jure nulla, licet postea de insinua-
tione ritè factâ seu Relatione constet, Joach. Mynsing. Cent. 1. Observ.
77. § 78. p. m. 53, König in Process: cap. 25. n. 21. p. m. 135. (5.) In
Termino præfixo Nomina Citatorum comparentium notet, nihil enim
interest, si in persona citati adsint, siue eorum nomine certi consti-
tuti Mandatarii, Syndici, vel Actores compareant, ut:

In Termino den 26. Januar. 1680.

gab sich an

Theophilus Dorotheus Kläger in Person /
ingleichen

Casius Drusus als Syndicus des Raths zu N.
der Gemeinde zu N. der Portentwürcker Innung/
siue als Mandatarius, seu Curatoris vel Tuto-
ris Actor, Beklagter.

W. Donatus,
ProtoNotar.

Et sic porrò (6.) omnia, quæ in judicio occurrunt, videlicet Citatio-
nes, dilationes, recusationes, exceptiones, petitiones, responsiones, interroga-
tiones, confessiones, testium depositiones, instrumentorum productiones, in-
terlocutiones, Appellationes, renunciationes & conclusiones, item quæ ibi-
dem per Advocatos consentientibus partibus proferuntur, usque ad finem
litis summâ fide & diligentia cum denominatione temporis & personarum
competenti ordine registrari oportet, Beust. ad L. admonendi 31. ff. de Ju-
rejurand. n. 829. ut constet, quando, à quo, coram quo hoc vel illud a-
ctum, & qui in hoc vel illud Decretum consenserint, Resolut. Noviss.
Provinc. Saxon. de Anno 1661. Tit. von Justitiensachen §. XVI. B. Dr.
Carpzov. in Proc: Jur: Tit. 2. Art. 4. n. 42. Idem in Prax: Crim: part. 3.
quest.

quest. 113. n. 52. Similiter (7.) ubi negotium gestum fuit, an in Ju-
 dicii loco, an verò extra eum aliquid peractum, & an tale negotium
 propterea subsistere queat, aut minus, cum juxta peculiarem præscri-
 ptam formam etiam extraconsuetum locum judicii Actus judiciales
 per certos ex collegio deputatos adjuncto Actuario exerceri possint,
D. Schilter. in Prax: Jur: Rom: for: Germ: Exercit. V. Thes. 22. ult. p. m.
159. Berlich. p. 1. Decis. 85. n. 3. p. m. 208. B. Carpzov. ad Const: E-
lect: Aug: part. 3. Const. 3. def. 17. § 18. Decis. Elector. Noviss. 45. §
73. (8.) Ad concipiendum Decretum Legibus, Processui & Actis
 conforme Actuarii præprimis *Nobilium & inferiorum civitatum* apti
 quoque esse debent, ne in causis levioribus per transmissionem A-
 ctorum expensæ partibus cumulentur, nec causæ propter eorum im-
 peritiam ut nulliter gestæ habeantur; memini, quòd ab Actuario quo-
 dam judicii pagani Anno 1675. d. 26. Julii, tempore scil. *messum &*
feriarum priùs ante aliquot septimanas ab Actore in scriptis porrectâ
 imploratione, citatis & præsentibus partibus & quidem primo termino
 ante litis contestationem in causa summaria, videlicet *Decimarum*,
 quæ insuper *ex speciali privilegio Elector. Saxon. juxta Decretum Syno-*
dale Generale Anno 1674. revisum §. 58. in verb. ohne gewöhnlichen Ge-
richts, Proceß &c. celerissimam expeditionem requirit, sequens Decre-
tum, non solum Legibus, sed & Processui ac stylo Curix repugnans,
formatum ac publicatum fuerit: Daß Beklagter M. B. binnen Säch-
sischer Frist seine Nothdurfft ad Acta zu bringen/und der ausgegangenen
Citation vor allen Dingen gebührende Folge zu leisten schuldig / oder aber
zugewarten / daß auf Klägers ferner weitiges Ansuchen und Erstattung
der UrthelsGebühr und BotenLohn die Sache zum Verspruch Rechts
geschicket/und dem eingeholten Urthel nach verabschiedet wer-
den soll. Act. & Publicat. in Term. d. 26. Julii 1675.

J. C. M. N. P. C.

THES. XX.

Quoad negotia voluntariæ Jurisdictionis verò necesse est, ut Judi-
 cia tales libros vel *Universales* ad omnia negotia, vel *Speciales* ad par-
 ticularia actitata destinatos habeant, quò hæc istiusmodi libris inscribi
 possint. Parùm autem interest, an in unum, an in diversos libros con-
 signentur, quemadmodum enim experientia testatur, quòd tam in judi-
 ciis civitatum inferiorum, quàm in judiciis paganis saltem *libri Univer-*
sales inveniuntur, quibus Actus voluntariæ jurisdictionis promiscuè
 inseruntur, ad evitandam autem confusionem necesse est, ut adjiciatur
 tem-



tempus, quod unum quodvis factum atque inscriptum sit. Ast in Judi-
ciis civitatum superiorum *Particulares seu Speciales Libri* ad inscriben-
da negotia voluntariae jurisdictionis adsunt, ita ut *Constitutiones Tu-
torum vel Curatorum, Testamenta, Codicilli, Donationes mortis causa, vel
inter vivos, Contractus Emptionum Venditionum, oppignorationes, per-
mutationes, Locationes Conductiones, Obligationes, earumque confirmati-
ones, renunciaciones, divisiones rerum hereditariarum, testimonia natalitia,
transactiones, insinuationes ultimarum voluntatum, Litera dimissoriales
& similes* hisce libris particularibus, *denen Raths: Gerichts Handels-
Tutorien: Curatorien: Consens- Testaments- Büchern/* pro diversitate
causae & materiae separatim inseruntur; quamvis in Protocollis saepius
confuse & extra ordinem notentur: Notum autem est, multis in judi-
ciis iudices eorumve Assesores specialia sua habere Protocolla, attam-
en illa tantum, quae ab Actuariis conficiuntur, pro authenticis ha-
bentur, *Carpzov. in Process: Jur: Tit. 2. Art. 4. n. 50. § 51. p. m. 74.*

THES. XXI.

Eis, qui summam rerum in Republica vel Districtu quodam mo-
derantur, incumbit jure Superioritatis territorialis ac vi Magistratus
conficere Libros Jurisdictionales seu Judiciales, *Bart. in l. 7. infamem
ff. de publ: judic: Gail. lib. 1. de pace publ. cap. 6. n. 10. p. m. 28. Berlich.
p. 2. Conclus. 4. n. 20. siquidem isti officio suo sine horum adjumento
commodè fungi nequeunt: Ad conficiendos autem & dirigendos ta-
les libros in nostris judiciis adhibentur Actuarii, qui in Illustribus Ju-
diciis Secretarii & Protonotarii, in Inferioribus verò Notarii & Scri-
bae, *Gerichtsschreiber/Gerichtsverwalter* vocantur, à quibus requiritur,
ut sint (1.) legales, praesertim illi, qui in Municipiorum, Nobilium, ac
Inferiorum Magistratum judiciis versantur, ubi non raro vices Syn-
dicorum sustinent, siquidem ex illorum illegalitate, negligentia & im-
peritia saepissime damnum litigantibus, vel ipsimet etiam iudicio eve-
nire potest, *uti Thesi XIX. sub No. 8. dictum, Carpzov. in Proc: Jur: Tit.
2. Art. 4. n. 40. it: Decis. 201. n. 12. Ordinat: Proc: Elect: Saxon: Tit. 2.
§. Also. 2. in verb: denselben einen tüchtigen und geschickten Notarium,
der den Proceß und andere vorkommende GerichtsSachen legaliter dirigi-
ren könne/zuordnen &c.* Ex his verbis tamen nequaquam dijudicandum
est, quod praecise de Jure Saxonico requiratur Notarius Publicus; sed
distingvendum est inter causas civiles & criminales, in illis quilibet
Actuarius legalis & idoneus sufficit, in his verò, si Actuarius ipse non
sit Notarius, alius Notarius vel ab ipso Imperatore, vel à Comite Pala-
tino*

D

tino

tino solenniter creatus eidem adjungendus, vel ad hunc Actum dirigendum atque registrandum requisitus Notarius juramentò ad Acta devinciendus est; juxta Resolut: Gravam: Noviss: de Anno 1661. Tit. von Justitien. Sachen 2c. §. 32. p. m. 60. Decis. Electoral. Saxon. Noviss. 38. p. m. 304. ubi Serenissimo Electori ita distingvere placuit in verb: So wollen wir diesen bey Zeiten vorbauen/hiermit unsere Proceß-Ordnung dahin erkläret haben / daß solche nicht eben von einem Creierten Kaysertlichen Notario, sondern von einem ieglichen tüchtigen und geschickten Gerichts Actuario &c. jedoch ist solches allein von Bürgerlichen oder Civil-Sachen zu verstehen/ denn in peinlichen Fällen verbleibet es dieses Puncts halber 2c. Dn. Philippi ad hanc Decis. 38. Observ. 2. n. 53. § 54. ubi ita à Scabin. Lips. Anno 1663. § 1666. præ ceteris Moderatori Prefecture Weidensis, Carol. Frider. Flecken/ Socero meo piè defuncto in Causa Inquisit: G. K. Ehelwib und J. O. in puncto accusati adulterii responsum fuit: P. P. und alles durch einen verEydeten Notarium zu denen Acten registriret: (2.) Judiciis & Actis, quibus adhibentur, juramentò quòdam ad fidem & silentium debent esse obstricti, Pacian. de Probat: lib. 2. c. 65. n. 72. seqq. Berlich. part. 1. Conclus. 8. n. 18. Et quamvis sacramenti hujus formulæ ubivis ferè obviæ, Ordinat. Cameral. p. 1. Art. 59. Rubr. der Gerichts Schreiber Eyd/ Ordinat. Cur. Supreme renovata ab Elector. Mauritio Anno 1548. Rubr. Eyd des Gerichts Schreibers/ auch seines Kater Schreibers p. m. 201. lubet tamen eam, quam anno 1675. d. 12. April. in pago quodam prope Lipsiam convocatis & præsentibus subditis ipse præstiti, adponere: Ich NN. schwere zu Gott den Allmächtigen einen Körperlichen Eyd / daß ich denen Gerichten zu N. worzu der N. Herr NN. mich zu dero Gerichtshalter bestellet und verordnet hat / meinem Stande und Ampte nach treulich vorstehen / mich in allem und ieden bey diesen Gerichten fürfallenden Sachen und Handlungen/ es sey in Aufrihtung der Testamente/ Schenkungen / Contracten/ und Führung der Processe so wohl Bürgerlichen/ als Peinlichen/ treu und fleißig verhalten/ alles richtig registriren/auch männiglich ohne Ansehung der Person Recht und Gerechtigkeit mittheilen / das Recht befördern und schützen/ das Unrecht und Böse aber hingegen straffen helfen / will auch daran seyn/ daß solche Gerichte nicht geschwächet / sondern vielmehr gestärket werden mögen/davon mich dann keine Freundschaft/Geld/Gabe/Geschenk/ Feindschaft/ Haß oder Neid abhalten soll/ So wahr mir Gott helffe durch Jesum Christum unsern HErrn/ Amen!

THES.

THES. XXII.

De Jure regulariter sufficit, cum Actuarii ipsi Judici, subditis etiam absentibus, ejusmodi verbis conceptis sese obligant, *Felin. cap. 11. X. de Probat. n. 42. Berl. dict. concl. p. 1. n. 56.* uti adhuc in multis civitatibus, præprimis Lipsia, talis observantia viget: in Saxonia verò si Actuarii à Nobilibus, vel Dominis Jurisdictiones in pagis habentibus constituuntur, in præsentia subditorum jurisjurandi formulam præstare tenentur, *Ordinat. Proc. Elect. Saxon. Tit. 2. in verb. fin.* bey Untertung ihrer Bestallung in Beyseyn der Untertanen jedeswahl vereydet. Hoc juramentò omisio, gesta & aditata Actuariorum injuratorum, si contra ea excipiatur, ipso jure nulla ac invalida sunt, sive sint mortui, sive non: illo casu pronunciat, daß in der Sachen nulliter verfahren/ hoc verò, si adhuc vivant, illis injungitur, ut omnia ab eis gesta juramento confirmant, *Excell. Dn. Svendendorff. in Observat. ad Fibig. Procesf. Jur. cap. 2. §. 2. n. 4. lit. R. p. m. 55. § 56.* Prout nuperri- mè, scil. M. Novembr. 1679. à Dn. Scabinis Lipsiensibus in causa Michael Meths contra George Hoffmann: pronunciatum fuit, würde der Gerichts Notarius die fol. 90 & seqq. befindliche Registratur Cydlischen bestärcken/und daß ein mehrers/als daselbst aufgezeichnet/zwischen denen Partheyen nicht abgehandelt/R. schweren R. oder daß Er in genere zu denen Acten vereydet / glaubwürdige Nachricht darzu bringen / immaßen zusörderst billig geschiehet/ R. (3.) Quantitates non abbreviaturis aut Cyphris, sed plenis literis & verbis exprimere, rasuris, Cancellationibus, Inductionibus, interlineari, ac marginali scriptura præprimis mutato calamo & atramento, ne suspicionis occasionem præbeant, abstinere necesse habent, *Menoch. lib. 2. Consil. 187. n. 4. Mey. p. 1. Decis. 119. Nobilisf. Dn. Aug. Bened. Carpozov. in Diss. de Protocollo Th. 22.* Quod si tamen quædam vel in margine, vel in spatio interlineari necesario annotanda contingant, in subscriptione eorum, mentionem, ad declinanda falsitatis argumenta, injiciat Actuarius, *arg. l. 1. §. 1. ff. de his que intestam. delent. Perusin. in Resolut. causar. civil. 71. n. 23. § 24.* (4.) Omnia, quæ in judiciis expedita & confirmata sunt, fideliter ac ordine, jussu judicis præcedente, propria, non aliena fortè Amanuensis manu hisce libris inscribant, *Dn. Carpozov. in Procesf. Jur. Tit. 2. Art. 4. n. 48. § 49. Berl. p. 1. Concl. 8. n. 43. Ordinat. Procesf. Elect. Saxon. Tit. 2. in verb.* und nicht gestatten / daß ohne Unterscheid einer oder der ander von ihren Dienern/ die darzu nicht bestellet/nach geschworen/ auch nachmahls derer Dinge keinen Verstand haben/

ben / eines und das andere zu registriren und einzuzichnen sich unterste-
hen mögen.

THES. XXIII.

Hinc non ineptè à quibusdam quæritur : quid pronuncian-
dum sit, si Actuarius morbo laboret, vel aliis expeditionibus aut inevita-
bili itinere impediatur, quo gesta in judicio, quæ notanda & inscri-
benda necessariò sunt, propriâ manu consignare nequeat? annon tali
In casu per substitutum aut amanuensem libro judiciali hæc inseri cura-
re possit? *Pleriq; Doctores id affirmant*, modò huic libro postea ipse se
subscribat, cum per subscriptionem alterius scripturæ tanta virtus tri-
buatur, ac si solus omnia scripsisset, & scripturam ipse confecisset,
Bartol. in l. emptor. 47. §. Lucius 1. ff. de pact. D. beat. Joach. Albert.
Locher. in Disputat. Inaugurali de Subscript. Th. 36. Sed Fulv. Pacian.
de Probat. lib. 1. c. 65. n. 40. distingvit inter casum, quo Actuarius im-
peditus, connivente & contentiente iudice, alteri commisit scribendi
officium, & inter casum, quo Actuarius pro suo lubitu citra iudicis in-
dulgentiam aliquem substituere audeat: *Illo casu*, quo accedit iudicis
autoritas, posse per alium scribi & annotari quædam in Protocollum &
librum judicialem factâ tectâ illius fide, per subscriptionem ordina-
rii Actuarii postea corroborata, ita tamen ut causa impeditenti, quâ
distractus fuerit, exprimatur, *Felin. in cap. 11. n. 4. X. de Probat.* Si
res verò gravioris ponderis & momenti sit, veluti in causis Inquisi-
tionum, substitutus vinculo jurisjurandi adstringendus est, *Hoc autem*
extraneum planè non admitti, autumat. Cum in Actuarii potestate
non sit, alii pro lubitu partes suas demandare, *Berlich. cit. loc. n. 44.*
§ 45. quia ob juramentum ab Actuario præstitum non æqua fides in
substituto adesse poterit. *D. Cass. Christ. Seeligmann in Disput. Inau-*
gurali de Protocol. cap. 5. Th. 2. p. m. 41. § 42. Sic cum distinctione,
illa quæstio: Num Iudex ipse Registraturas facere, & Libris Jurisdi-
ctionalibus inserere valeat? decidenda est, v. c. si occurrunt Actus
contentiosæ jurisdictionis, planè non potest, licet sit Notarius, *Tusch.*
Pract. Conclus. lit. A. concl. 88. Carpzov. in Proc. Jur. Tit. 2. Art. 4. n.
50. § 51. Cum enim Acta de mandato Iudicis scribi debeant, nemo
autem sibi mandare, & duplici officio fungi potest, *Magnif. Dn. Zieg-*
ler. ad Inst. Jur. Canon. Lancell. Tit. de in jus voc. p. m. 725. Joh. Schilt.
in Prax. Jur. Rom. for. Germ. Exerc. 5. Th. 5. in fine pag. m. 135. nec
Judex de iis, quæ à se gesta sunt, plenam fidem facere queat, Mey. p.
1. Decis. 118. Carpzov. part. 1. Const. 16. def. 27. it. part. 1. Decis. 48.
Si

Si verò Actus sint voluntariæ jurisdictionis & exigui præjudicii, nec
ipsum judicem concernentes, dum nemo in causâ propriâ judex esse
debeat, l. 10. ff. de Jurisdic: l. 17. in fin. ff. de Judic: l. un. C. ne quis in
suâ caus. aut extrema necessitas adest, quæ legem non habet, cap. 4.
X. de consuetud: tunc omninò valet ejus consignatio, quæ sententia
Serenisf. Electori Saxon. Decis. Novisf. 39. § 45. quoque placuit.

THES. XXIV.

Non solùm Libros Judiciales rectè confici, sed & edi debere in quâ-
cunque causâ, ubi opus, ut exinde veritas investigari & haberi queat,
l. 2. C. de Edend: Wesenb. ad b. l. n. 12. Sicuti Acta publica partibus
communis sunt. Damhoud. Prax: civil: cap. 149. n. 3. ita quoque Pro-
tocolium Judiciale, quod pro parte Actorum publicorum reputatur,
tam partibus litigantibus, quàm aliis, modò interesse suum probant,
exhibendum est, Brunnem. in Comm: Cod: ad d. l. 2. de Edend: Pacian.
de Probat: lib. 1. cap. 64. n. 74. § cap. 65. n. 82. § 109. Instrumen-
ta enim publica nunquam aliter alicui eduntur, nisi de Interesse peten-
tis constet, Rutg. Ruland. de Commissar: part. 2. lib. 5. cap. 9. n. 26. Hinc
petenti copiam Contractus, Transactionis, Testamenti registrati, si suâ in-
ter sit, ipsi denegandum non est: Tenetur autem ad hanc editionem
& exhibitionem copiarum Actuarius, cujus officium inter alia in eo
consistit, ut copiam partibus & quidem sumptibus petentis exhibeat,
Pacian. cit. loco n. 73. compelli tamen non potest, ut faciat, nisi ad præ-
ceptum Judicis, Rebuff. in Pract: p. 982. lit. C. Nam Actuarius in o-
mnibus Actibus à Judice dependet, ea propter sine jussu judicis non de-
bet Acta, vel copiam alicui communicare, Brunnem. dict. Lege. In caus-
is contentiosæ jurisdictionis distinguendum non est, an causâ sit ci-
vili, an criminali, quemadmodum enim ubivis favor defensionis ma-
ximus, ita Judex nunquam medium defendendi, editionem Actorum
scilicet, denegare debet, e. gr. Si à judice inferiori ad Superiorem ap-
pelletur, Judex Appellationis certus esse debet, quid inter partes in
prima instantia editatum, quod aliter fieri nequit, nisi copiarum Actorum
primæ instantiæ transmittuntur, Brunnem. Process: civil: cap. 28. n. 62.
Quæ constitutio in Provinciis Saxonis & præprimis in Electoratu Saxo-
niæ per Rescriptum Mense Julio anno 1656. emissum mutata & correctæ
est, ita ut Appellanti non amplius detur copia Actorum, sed ipsa Acta
primæ instantiæ in originali absque ullo præmio, quò sumptibus par-
catur, ei exhiberi debent, Carpzov. Process: Jur: Tit. 18. Art. 5. n. 82,
83, 84, 85. § 86. Hoc autem magis in Criminalibus, quò majus da-

num alteri imminet, observandum est; Et quamvis Reus seu Inquisitus editionem & inspectionem Actorum non desideret, Judex tamen motu proprio ipsi offerre debet, cum ejus officio incumbat defensionem Rei promovere, l. 19. ff. de pœn. Brunnem. in Process: Inquisit: cap. 8. membr. 3. n. 29. Hinc Judex ad torturam pervenire non debet, nisi reo etiam non petenti indicia, ob quæ torquendus, communicaverit, Zanger. de Quest: seu Tortur: Reor: cap. 3. n. 4. p. m. 838. Circa editionem Actorum Inquisitionum hæc remediõ, quod & præsertim secundum Sanctiones Electorales Saxonicas, usitatisimum, permittente Judice Actorius uti debet, ut Inquisito, vel ejus Advocato præsentibus Scabinis, vel Assessoribus judicii, talia Acta in loco judicii ad perillustrandum communicet, simulque ea, quæ ad defensionem rei necessaria & proficua fore putat, excerpere permittat. Copia verò Actorum Inquisitionum in foro Saxonico, (licet de jure communi difficultatem & dubium non habeat, quod Inquisito innocentiam ac defensionem suam deducendi copia de his Actis danda sit, juxta cap. 24. f. 2: de accusat;) dari non solet, prout colligitur ex contrario sensu Ordinatis Polit: Saxon: de anno 1612. Tit. von Justitien. Sachen/ n. 5. p. m. 22. in verb. final. Wir können aber hienebenst Gnädigst geschehen lassen/ daß dem Beschuldigten die Inquisition-Acta, auch wohl nach Beschaffenheit der Person/ und befundener Umstände der Sachen/ mit Zuziehung eines Advocaten/ in Gegenwart der Gerichte zu durchsehen nachgelassen re. B. Dn. Carpzov. in Prax: Crim: part. 3. quest. 115. n. 99. seqq. Et secundum jam dicta à Do. Scabinis Lipsiensibus quotidie hisce ferè formalibus pronuncari solet: So wird Inquisiten zu Ausführung seiner gerühmten Unschuld/ damit er sich überiteus nicht zu beschweren habe/ eine Monaths/ oder gedoppelte Monaths. Frist/ billig mitgetheilet / ihm und seinem Advocato, auch in Beyseyn der Gerichts. Personen / die Inquisition-Acta zu durchsehen verstatet und nachgelassen / und wann er etwas zu seiner Nothdurfft in Schriften entweder übergeben / oder Zeugen vermittelst Eydes abhören lassen würde/ wird solches von ihm auff, und angenommen/ und zu den Acten registriret / jedoch daß es nur summarischer Weise geschehe / und daraus kein ordentlicher Proceß gemacht werden möge; Aber Abschrift von denen Inquisition-Acten seyð ihr ihm folgen zu lassen nicht schuldig. B. N. W.

THES. XXV.

Producendi sunt tales libri in originali, copiarum enim sive Transumpta non probant, l. 22. C. de fid. instrum. licet à Notario sint vidimata,



mata, sed tunc semiplenam tantum faciunt probationem, ideo juramentum suppletorium hic locum habet, & deferri debet, Covarruv. Pract. quest. 21. n. 4. & 5. sicque pronunciatum testatur Berlich. part. 1. Decis. 100. n. 5. p. m. 262. Si vero copia seu transumptum jussu & autoritate judicis sit descriptum, eandem vim probandi cum originali habere plenamque fidem mereri, extra pugnam est, modo cum eodem conspirat aut iudex perspecto originali cognoverit, Faber in C. l. 4. tit. 16. def. 24. n. 1. & def. 36. in pr. Mynsing. Centur. 6. Observ. 73. n. 13. 14. seqq. p. m. 506. & 507. Idem obtinet in exemplo publicato vel ab eodem Notario, à quo Originale confectum, scripto; arg. l. 24. ff. de testib. siquidem tale exemplum, recte originale dici potest, cum & eadem sit persona eademque autoritas, quæ scripturæ fidem addit, Mynsing. cit. loc. Observ. 74. n. 3. Sic quoque Exemplum ab Adversario semel productum contra eum probat l. 45. §. 5. & 6. ff. de jur. fisci. idque ab Actis tolli & exhiberi non debet, scriptura enim in iudicium prolata utrique litiganti communis est, l. 1. §. 3. ff. de Edend. l. 2. C. de fid. instrum. Quod autem libri Judiciales tanquam instrumenta publica in Originali produci debeant, id intelligendum est, quoad effectum probationis, quod scil. in Terminis productionis Originalia sint producenda, intra terminum enim probatorium, vel si cum libello producantur, sufficit in copia instrumenta exhibere, quod & Jure Electoral: Sax. expresse sancitum, Constit. Elector. Aug. part. 1. Const. 17. ibique Carpzov. def. 11. n. 2. Ordin. Proc. Saxon: Tit. 24. pr. in verb: und Abschriften beizufügen schuldig seyn etc. Necesse tamen non est, ut instrumenta tota & integra producantur, sed sufficit partem illam, quæ ad probandam producentis assertionem facit, exhibere in iudicio, ne adversarius in eis quædam inveniat, quæ contra producentem probare possunt, l. 10. §. 2. ff. de Edend: cap. 5. X. de fid. Instrum: Carpzov. ad dict. Const: 17. p. 1. def. 5. n. 1.

THES. XXVI.

Effectus librorum Judicialium in eo consistit, quod plenissime probent, sive à Magistratu sive à privato producantur, l. 2. C. de testam. ibique Od: l. 6. fin. C. de re judic: cap. 2. X. de fid. instrum. Gail. lib. 1. Observ. 134. n. 16. Berlich. p. 1. Concl: 36. n. 18. Bruckmann. vol. 2. Consil. 9. n. 69. p. m. 216. Coler. de Process. Executiv. p. 3. c. 2. n. 20. Carpzov p. 3. Decis. 201. n. 23. ex eâ ratione, quod in iudicio semper præsumatur adesse multitudo testium, Rutger. Ruland. de Commissar. lib. 5. cap. 6. n. 8. 14. 15. & sic inconcusam ac perpetuam ha-

habent firmitatem, uti loquitur l. 36. C. de donat. nec testibus egent l. 31. dict. tit. imò testibus potiora esse Senatus censuit, l. 10. ff. de Probat. Nam ea, quæ coram iudice facta, semper ritè & justè censentur confecta, dum ejus præsentia atque auctoritas præsumptionem læsionis, doli & metûs excludit, simulque omnem defectum supplet, l. 1. C. de pred. & aliis reb. min. non alien. l. 12. C. de pact. l. 19. C. de testam. Quam auctoritatem probandi & irrevocabilem fidei ac justitiæ præsumptionem etiam consequuntur privata scripturæ, imò omnia illa, quæ hisce libris inserta sunt *Dn. Mev. ad Jus Lubec. lib. 5. tit. 6. Art. 1. n. 2. & 13.* quamvis postea instrumenta originalia perierint atque perdita sint, non enim de hujus fide dubitandum, quod publicâ fide in librum judiciale redactum, & ex eo iterum peti potest, *Mascard. de probat. vol. 1. Concl. 711. n. 68. 69.* Istisq; libris, si integri ac incorrupti, magis, quàm iudicis contrariæ assertioni creditur, *Mev. p. 1. Decis. 120. & p. 8. Decis. 479. per tot.* & quidem non tantùm in eo iudicio, in quo conscribuntur, sed etiam in alio, quatenus negotia legitimè inserta, valent, rem liquidam claram ac notoriam faciunt, nec ullam ulteriorem probationem extrinsecus requirunt, *Christin. vol. 1. Decis. 254. n. 8. Coler. cit. loc. p. 4. cap. 1. n. 50.* De jure communi notum est, instrumenta talia publica nullâ recognitione egere, sed absque eâ plenam fidem facere, arg. l. 10. ff. de Probat. l. 11. C. qui pot. in pign. hab. *Novell. 73. cap. 8. Berl. p. 1. Concl. 44. n. 31. Rutg. Ruland. de Commissar. p. 2. cap. 39. n. 22.* At secundum Jus Saxonicum recognitione, ceu scripturæ privatæ, opus habent, *Ordinat. Process. Elector. Saxon. Tit. 25. §. 2. weil es auch ð. in verb. vor sich oder durch seinen Mandatarium zu recognosciren ð.* Iudex hancce recognitionem ex officio injungere debet, etsi reus illam non petierit, vel ei renunciaverit, *Carpzov. in Proc. Jur. Tit. 14. Art. 2. n. 12. & 72.* attamen ad eorundem juratam diffessionem nemo admittendus. *B. Dn. Carpzov. in Resp. Elector. lib. 3. Tit. 8. Resp. 82. n. 4. 5. 6. & 14.* quod confirmat *Decis. Elector. Saxon. Noviss. 74. in verb. und dergleichen Instrumenta vor allen Dingen von denen Partbeyen recognosciret werden/hâc tamen limitatione, daß keiner wieder selbige/in Ansehung deren Glaubwürdigkeit mit Eydlicher Diffession zugelassen ð.* Præsumptionem veritatis inducunt, ex eo quod publicâ auctoritate & fide constant, ac omnia ita sese habere omninò præsumendum, uti in iis scripta sunt, hinc Executivè ex eis, veluti instrumentis publicis, agi potest, cum paratam mereantur Executionem, *Coler. de Proc. Execut.*

p. 3. C. 1. n. 77. Carpzov. lib. 4. Tit. 1. Resp. 9. n. 5. 6. § 14. Ean-
dem naturam habent instrumenta ex Archivis publicis prolata, Magni
Nominis Jctus, Dn. Struv. in Syntagm: Jur: civil: part. 2. Exerc. 28. Th.
28. p. m. 75. Ejusmodi enim scripturæ, qualescunque etiam sint,
Wesenb. ad Tit. ff. de fide instrum: licet non omnibus solennitatibus sint
munitæ, plenam merentur fidem, modo unus Officialis, aut Archivi-
stæ ad hoc deputati sint corroboratæ, Rutger. Ruland. de Commissar: p.
2. lib. 5. c. 8. n. 1. Coler. alleg. loco n. 78. imò sufficit, si saltem Exem-
plum seu Conceptum ibi fuerit repertum, nihilominus pro instrumen-
to publico habetur, plenamque probationem inducit, modo istud ex-
emplum seu conceptum contrahentium consensum involvat, l. 4. §. 1.
C. de recept: arbitr: Carpzov. in Jurispr: For: part. 1. Const. 17. def. 38.
n. 3, 4. § 5. Veluti in causâ Thomæ Börners zu Rochlitz Mens. Jul.
1600. in Scabinatu Electorali Lipsiensi pronunciatum fuit: Obgleich die
Vergleichung/ davon die übersandte Copie meldet/ dem Ampts Buche
nicht einverleibet/ und also authentisiret worden; die weil aber dennoch
das erste Concept solcher Vergleichung dem vorigen Ampts Schöffer zu-
gestellt/ Er auch dasselbe mit eigener Hand corrigiret und verbessert/ und
es hernacher zu etlichen andern Acten gebunden und beygelegt / alda sol-
ches auch in der Ampts Stuben befunden worden/ So wird durch solches
beygelegte Concept obberührte Vergleichung und der selben Inhalt zur
Nothdurfft erwiesen / W. N. W.

THES. XXVII.

Quamquam in Thesi præcedente dixerim, Libros Judiciales plene
probare: attamen hoc non aliter procedit, ac si nullis defectibus labo-
rent. siquidem contrariam probationem erroris & falsi, licet semper
pro istis sit præsumptio veri, non excludunt, interim tamdiu eis stan-
dum est, donec contrarium, quod partim testibus, partim contrariis
documentis fieri potest, rectè probatum fuerit, Dn. Brunnem. in Proc:
Civil: cap. 20. n. 75. Hinc oritur quæstio: An is, qui talem librum
suis defectibus laborantem falsum dixerit, propterea a actione injuria-
rum conveniri possit? Quod primò intuitu affirmandum videtur; fal-
sum enim quid dicere, injuriosum est, cum tacitè crimen falsi, quod pu-
blicum crimen est ac infamat, ita alteri videatur imputari, arg. l. 1. pr.
ff. ad Leg. Corn. de fals. l. 7. ff. de publ. judic. Verùm quia omnis inju-
ria ex animo proferentis æstimanda, l. 5. C. de injur: ante omnia cir-
cumstantiarum ratio hinc habenda erit, quâ occasione falsum dicatur;
Aut enim sine necessitate hoc opponitur, eoque in loco, ubi tale quid

E

op-

opponere non licebat, aut ab illa persona, cui officii ratione id admone-
 re non incumbere; Aut ex necessitate ad ipsius opponentis defensionem,
 qui fortè ex libro illo, quem falsum dicit, condemnatus erat. *Priori casu*
 omninò actione injuriarum tenetur, cum nec veritas convitii excuset, l. 18. pr. ff. de injur: Quamvis enim quid falsum dicere per
 se injuriosum non sit, cum falsum omne sit, quicquid non est verum, etiam
 si non ex fraude, vel dolo procedat, arg. l. 13. ff. de rebus dub: Circumstantiæ enim
 contrarium involvunt: *Posteriori casu* si vel ex officii necessitate, vel ad sui
 defensionem librum judicalem dicat esse falsum, ab injuriarum actione immunis est,
 nam defensio favorabilis est, nec præsumitur animus injuriandi in eo, qui se
 defendere voluit, arg. l. 14. ff. de bon: libertor: l. 34. ff. de O. & A. l. 3. §. 1. l. 4. seqq. ff. de injur: l. 5. l. 9. l. 10. C. eod. Manz. in Decis: Palat: Quest. 72. n. 7. seqq. Moller. ad Constit: Electoral: 42. p. 4. n. 24. Berlich. p. 5. Conclus. 60. n. 1. ibique citati, Carpzov. in Prax: Crim: part. 2. quest. 97. n. 1.

THES. XXVIII.

De Modis, quibus Libri Judiciales variè impugnantur, nunc agendum est; Tollitur enim effectus horum librorum, (1.) Si isti planè interierint, quod accidit partim casu, partim dolo: Casu, si libri incendiò, aut vetustate corrumpantur; Dolo, si furto abripiantur, Mazon. in Cynos: Advocat: p. 193. (2.) Ob defectum solennitatum aliorumve necessariorum requisitorum, v. c. cum negotium in judicio propositum nondum plene fuerit absolutum, aut non debita formâ, §. 8. instit. quibus modis testam: infirm: arg. l. 9. §. 3. in fin. ff. ad exhibend: quæ tamen imperfectio non præsumitur, l. 18. C. de Probat. sed probanda, l. 24. ult. C. ad Leg. Cornel. de fals: (3.) Si fraudis, erroris & falsitatis, (dum scriptura per se vera, sed contenta contentioni contraria, ita ut aliud actum, aliud scriptum sit, l. 13. C. de solut:) circa negotia ejusque substantialia convincantur, & licet regulariter error scribentis partibus non nocere dicatur, l. 92. ff. de R. J. Instrumentum tamen in se vitatur, arg. l. 15. ff. de Jurisdic: l. 57. ff. de O. & A. siquidem distingvendum inter errorem, qui committitur ab Actuario vel circa solennitates, vel circa substantialia contractûs: *Priori casu* Actuarius errorem corrigere potest absentibus partibus, & eis non nocet; *Posteriori* verò integrum hoc ei non est, nisi citatis & præsentibus partibus, Bartol. in l. 15. §. 31. ff. de



ff. de damn: infect: (4.) Si in margine aliquid notatum, vel adscri-
ptum fuerit, quod magnum inferat præjudicium, *Menoch. de arbitri:*
Judic: Quest: lib. 2. cent. 2. cas. 187. n. 34. (5.) Si à personâ inha-
bili, veluti à Secretariis à Principe ad eos non constitutis, ab Actua-
riis injuratis, à Notariis infamiâ laborantibus, putativis & de falso
condemnatis conscribantur, *arg. l. 7. C. de numer: actuar: & chartular:*
lib. XII. Pacian. de Probat: lib. 2. c. 21. n. 31. § 118. it: cap. 22. n. 21.
Farin. quest. 155. n. 10. § 11. (6.) Si rasuris, notis, cancellationi-
bus, apokillis & interlineaturis, imprimis diversâ manu & atramentô
in loco substantiali & suspecto sint deformati, *arg. l. 3. ff. de his qui in-*
testam: delent: Mascard. de Probat: Conclus. 241. n. 20. Gales. ad form:
Camer: Obligat: p. 3. quest. 1. n. 2. p. m. 235. § 236. Cùm verò ra-
sura, vel cancellatio non sit in loco substantiali & suspecto, simulque
ab illo Actuario, qui judicio præst, facta, præprimis, cum in subscri-
ptione instrumenti de rasura, cancellatione & interlineatura attesta-
tus fuerit, tunc cesat falsa suspicio, ac instrumentum neque vitiatur,
neque suspectum redditur, *cap. 3. X. de fid: instrum. Afm. de Execut:*
cap. 34. § 37. §. 1.

THES. XXIX.

Affinia materiæ nostræ denique sunt I. LIBRI ECCLESIASTICI,
seu MATRICULÆ ECCLESIASTICÆ, vel CALENDARIA ECCLE-
SIASTICA, die Kirchen-Bücher oder Kirchen-Matricul cum Libris Ple-
banorum seu Parochorum, der Pfarrherren Bücher / in quibus indies
nomina baptizatorum cum annotatione patris & matris, ut & patrino-
rum, conjugum novissimè copulatorum, mortuorum & ejusmodi alia
consignantur, qui regulariter ratione ætatis, mortis, & matrimonii ple-
nissimam fidem habent, dum eis haud secus, quàm instrumento publico
creditur, *arg. cap. 13. X. de Probat: Menoch. de A. J. Q. lib. 2. cent. 2.*
cas. 116. num. 2. seqq. Alciat. de Presumpt: Reg. 2. Pres. 14. n. 2. Surd.
vol. 1. Consil. 1. n. 52. Borell. Decis: Tom. 2. Tit. 2. n. 99. § 128. it:
Tit. 22. n. 25. Mascard. de Probat: vol. 2. Concl. 673. n. 1. § Concl. 958.
n. 29. Joh. Philipp. in Usu Probat: Instit: lib. 1. Tit. 9. Ecclog. 47. n. 10.
p. m. 154. Richter. part. 3. Decis. 112. n. 10. Carpzov. part. 1. Constit.
16. def. 26. n. 9. § Jurispr: Consistor: lib. 2. Tit. 20. def. 315. n. 2. seqq:
II. LIBRI FEUDALES, Lehn-Bücher / quibus inscribuntur, quæ circa

Feudorum constitutionem, renovationem, privationem, investituram, alienationem, amissionem, debita, laudemia &c. contingunt, Rosenthal. in Synops: Feudal: cap. 8. concl. 33. n. 2. Iisdem vero libris Dominus tam contra Vasallum, quam Vasallus contra privatum efficaciter utitur, plena enim ex ipsis oritur probatio, Molin. in Consuetud: Parisiens: Tit. 1. §. 8. Gvid. Pape Quest. 59. n. 4. Rutger. Ruland. de Commiss: p. 2. lib. 5. cap. 6. n. 13. §. 14. III. LIBRI OFFICIALIUM PUBLICORUM, Germ. Ampts Bücher / qui, quoniam autoritate publicâ nituntur, & ad rationes, redditus, ut & expensas publicas ordinati sunt, plenam quoque merentur fidem, Berlich. part. 1. Conclus. 36. n. 18. IV. LIBRI SENATUS, Rath's Bücher / in quibus omnia ea, quæ Senatus agit, complectuntur, & contra subditos probant, ex eâ ratione, quod in Senatu semper præsumitur multitudo testium, Ruland. cit. loco n. 8. Köppen Decis. 46. n. 13. V. LIBRI MERCATORUM, Kauff- und Handels Bücher / qui non solum credita, verum etiam debita, data & accepta continere debent, l. 26. §. 2. ff. deposit: juxta communem Dd. sententiam semiplenè saltem probant, si verò unius testis depositio concurrat, plena eis attribuitur fides, quoniam duæ semiplenæ probationes unam plenam efficiunt, l. 5. C. de Probat: sed deficiente hac vel aliâ probatione subsidiariâ, producens ad juramentum suppletorium admittendus est: Gail. lib. 2. Observ. 20. n. 2. p. m. 312. Hartm. Pist. Observ. 86. B. Dn. Carpzov. in Process: Jur: Tit. 14. n. 65, 66, 67. seqq. Idem in Jurispr: For: p. 1. Const. 17. def. 35. §. 36. per tot. ut §. lib. 3. Tit. 6. Resp. 58. n. 16, 17, 22. it: lib. 6. Tit. 10. Resp. 121. n. 3. §. 4. Formula juramenti sic concipi solet: Ich NN. schwere/daß mir N. W. laut des aus meinem HandelsBuche extrahirten Auszuges vor specificirte Gramwahren NN. Gilden / vel Thaler / schuldig worden / welche mein Buchhalter mit meinem Wissen und Willen / vel ich in mein HandelsBuch geschrieben / und ich dieselbe ohne List und Betrug anieho mit Recht zu fordern habe / so wahr mir Gott helffe und sein heiliges Wort! Quæ tamen semiplena probatio horum librorum non aliter procedit, ac si mercator (a) sit integræ famæ, persona honesta, ac fide digna, veritatem scribere consveta, arg. l. 12. ff. de pign: act: l. 13. §. 1. ff. de usur: (b) causa debiti in eis expressa l. 25. §. 4. fin. ff. de probat. (c) Libri ipsi contineant data & accepta cum designatione dierum, l. 82. ff. de Condit. & demonstr. Fab. in Cod. lib. 4. Tit. 16. def. 5. n. 1. Carpzov. cit. loc. (d) ad evitandam falsi suspicionem careant omni cancellatio-

ne,

ne, Inductione ac superinductione, *Menoch. Consil. 23. n. 16. Crav. Consil. 134. per tot.* (e) Singula, quæ ad negotiationem pertinent, *Mev. ad jus. Lubec. lib. 5. Tit. 6. Art. 4. n. 26.* recto ordine sine marginalibus & Apostillis, quæ falsi suspensionem contra rationes privatas faciunt, à mercatore sint descripta, *Natt. Consil. 633. Christin. vol. 4. Decis. 199. n. 13.* (f) Plerique volunt, ut sint scripti ipsius manu mercatoris, quod ultimum omnes non requirunt, sed credunt sufficere, si rationes ab administratore vel institute ministro, aliave personâ fide digna sint conscriptæ, id quod rationem & æquitatem sapit, *Hahn. in not. ad Wesenb. Tit. de fid. instrum. n. 6.* quoniam nomine & præscitu mercatoris, dum contra ipsum probant, ac fidem faciunt, scriptæ præsumuntur, *Strach. de Mercatur. p. 2. n. 65. Socin. Consil. 291. n. 14. vol. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 3. Præsumpt. 62. Decian. Consil. 16. n. 46. vol. 5. Hartm. Pist. ut & Carpzov. cit. locis.*

THES. XXX.

His associari possunt VI. LIBRI COLLEGIORUM seu TRIBU-
UM, *Zunft Bücher* / licet è privatis tantum personis hæc collegia con-
sistent, attamen, quia hi tales sunt, è quibus ut plurimum publicæ perso-
næ v. c. Senatores, Prætores &c. constituuntur, eapropter his non vul-
garis fides adscribenda, producti enim in vim probandi fidem fa-
ciunt, *Rutg. Ruland. de Commissar. part. 2. lib. 5. cap. 10. n. 2.* VII.
LIBRI STATUTORUM, *Gail. lib. 1. Observ. 106. n. 8. p. m. 188.*
VIII. LIBRI FISCALES seu MULCTARUM, *Strassbücher / Tusch.*
Conclus. 346. lit. L. n. 37. IX. LIBRI GABELLARIORUM, *Zoll, Ge-
leits, und Acciß Bücher* / tam pro scribente utut negante aliquem
non solvisse collectam, quam pro tertio contra tertium, cum quo res
gesta, plenam fidem merentur, in iis, quæ ad illorum pertinent offi-
cium, non ultra, sive superiori solvant gabellas, sive eas conduxe-
rint. *Surd. Consil. 429. n. 38. Wurmser. lib. 1. Practic. Observ. 3. n. 3.*
Mascard. de Probat. Concl. 929. n. 39. it. Conclus. 976. n. 41. X. LI-
BRI ARGENTARIORUM, NUMMULARIORUM & CAMPSO-
RUM, *Wechselbanck* item *Mäckler Bücher* / tam pro scribente, quam
contra illum, tum pro tertio contra tertium, præsentem tamen, non
absentem omninò probant, etiam in magnis summis, modò ab omni
suspensione vacant, nec sit præsumptio in contrarium, *l. 9. §. 2. ff.*

de Edend. l. 7. §. 2. ff. depositi, Menoch. de arbitr. Judic. quest. centur. 1.
 Cas. 15. 18. 19. seqq. Valasc. Decis. 10. Borell. cit. loc. n. 30. 31. § 32.
 XI. LIBRI MONASTERIORUM, Klostebücher/ eorumque Procu-
 ratorum aut Oeconomorum pro se regulariter probant, ita ut si in iis
 scriptum sit hunc vel illum censum esse solutum, plena adhibenda fi-
 des, cap. 13. X. de Prescript. l. 10. ff. de probat. Carpzov. in jurispr.
 Consistor. lib. 2. Tit. 20. defn. 315. n. 4. Nicol. de Passer. de priv. script.
 lib. 5. cap. 1. § 2. Cephal. Consil. 508. n. 23. vol. 4. præsertim si sint
 antiqui, Mascard. dict. Concl. 976. n. 57. & scripti à viris religiosis vi-
 tæque probatæ jam mortuis, deficientibus verò his requisitis contra
 tertium plenè non probant, sed præsumptionem duntaxat faciunt,
 Bursat. Consil. 23. n. 27. vol. 1. it: Consil. 330. n. 100, 101. § 107. vol. 3.
 nisi Administrator, Oeconomus, aut Procurator adhuc vivus libros
 suarum rationum juramentò suppletoriò confirmet, & sic omninò ple-
 nam fidem habent, Menoch. Consil. 708. n. 17. vol. 8. Consil. 245. n. 19.
 De reliquis Libris, videlicet Rectorum, Academiæ, Syndicorum, Ci-
 vitatum, Hospitalium, Administratorum, Tutorum, Curatorum, Procura-
 torum, Negotiorum Gestorum, Institorum, Sociorum, Executorum, &c.
 & quatenus tales probant, videri possunt inter alios Nicol. de Passer.
 de Privat: Scriptur: lib. 4. § 5. Conradus Friedlieb de Priv: Scriptur:
 Sect. 3. Decis. 1. 2. 3. seqq. p. m. 83. seqq.

Atque hæc sunt L. B. quæ exhibere Tibi in præsentì volui; Po-
 tuissem equidem in uberiorem campum excurrere, materiamque
 hanc paulò fusiùs pertractare. Sed ne Disputationis fines transire
 videar, in his acquiescere libuit; Quamquam nullus dubito, quin tot
 Censores, quot Lectores paratos inveniam: aliis conatus, aliis locus,
 aliis stylus, aliis connexio minimè arridebit, sed cum ego nec primus,
 nec ultimus ero, qui omnibus placeat, æquò animò ferendum, spe-
 ro tamen à Te veniam me impetraturum, si non omnia ad palatum,
 facilè enim hîc errandi occasio fuit. Interim D E O T. O. M. pro
 præstitâ suâ divinâ gratiâ immortales ago gratias, simulque
 cum eo, cum quo incepi, concludo & fi-
 nio, ut sit ac maneat

IN CHRISTO FELICITER!

Aus





Udierat, vixisse aliquem, cui LIBERA VITA
Ceu esset, sic patrium nomen & esse, The-
mis.

Qvis sit? fortè rogat: Juriqve edocta, qvod esset,

Qvi studeat svavi verba ita voce facit:

Ergo, vita illi plenè ut sit libera; nomen

Doctõris liceat sumere, faxo, mei!

*Affini suo Aestimatissimo
honoris ergo scr.*

QVINTUS SEPTIMIUS FLORENS RIVINUS,
Philos. & J. U. D.

S Tirps tua clara quidem cunctis, celebrataqve, Fau-
tor,

Nec nisi, sana parum mens cui, vilis erit.

Namqve virum, quotqvot poterit numerare, suorum

Non est, qvem Princeps norit Apollo minus.

Ast tu inter reliqvos majori luce coruscas,

Fersqve super multo cinctus honore caput.

Qvippe aliis laudi est studiis dum irimbere posse,

Ecce Tibi ulterius dat sua ferta themis.

*Tumultuariis his versiculis recens creato Dn. L.
Freiesleben / Contubernali quondam suo
per triennium optimo, nunc Fautori atque
Amico nunquam non honoratissimo fausta
omnia apprecatur*

M. JOH. HEINRICUS ERNESTI.

Tyn-

TYndaridas adeò conjunxerat ardor amoris,
Ut lætus læto semper adesce velit;
Nec sibi vult vitam donarier ille perennem,
Si mortale istum pectus habere sciat.
Qvidni & ego, Germane, tuam lætatus honorum
Lætitiã, dulci júbila voce sonem.
Quæ te pertentant meritum, me gaudia mulcent,
Ut motus similes corporis artus habet.
Plaudo igitur, dilecte tuis applaudo triumphis,
Te viridi semper sorte virere precor.

*Fratri sui charissimi novos honores
ita gratulari volebat*

M. JOHANNES BARTHOLOMÆUS Freießleben.

HÆtenus invigilas discendis Juribus ardens,
Multiplici & tentas quid velit arte, forum.
Nunc Themis exornet, petis & tua tempora fertis,
Laudeturque actus per duo lustra labor.
Dignior est, recipit tardè hæc qui præmia Doctor,
Quàm qui vix visis legibus ista rapit.

*Hoc ipso Fratri Suo nato Maximo affectum
testatur, ut noviter collati honores Juri-
dici feliciter eveniant, comprecatus*

JOHANNES FRIDERICUS Freießleben.

F I N I S.





X2617615

VDM





LXXII 1-2
7

JESU CLEMENTER FAVENTE!

DISPUTATIO INAUGURALIS

DE 1680, 4a

LIBRIS CENSUALIBUS AC JUDICIALIBUS,

von **Srb- und Berichts-Büchern/**

QUAM D. P.

EX DECRETO ET CONSENSU
MAGNIFICI AC CELEBERRIMI ICTORUM ORDINIS
IN ILLUSTRATOQUE PER-ANTIQUA ELECTORALI
AD HIERAM ACADEMIA

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES, INSIGNIA AC
PRIVILEGIA DOCTORALIA ritè ac solemniter consequendi

Publico Eruditorum placido Examini
submittit

JOHANNES CHRISTOPHORUS Freießleben /

Steinpleisfâ-Misnicus,
IN AUDITORIO COELICO
Horis ante - & pomeridianis

ad d. 18 (28) Februar: A. O. R. M. DC. LXXX:

ERFURTI LITERIS KIRSCHIANIS 1680.

